

25,6.

# Jahresbericht

über das

vereinigte alt- und neustädtische  
**Gymnasium zu Brandenburg**  
von Ostern 1846 — Ostern 1847,

womit zu der

öffentlichen

**Prüfung und Bedienung**  
aller Klassen



Montag, den 29. März,  
Vormittags von 8½ Uhr und Nachmittags von 2 Uhr an,

im Namen der Lehrer

ehrerbielig einladet

**F. W. BRAUT.**

Königl. Professor und Director, Ritter des R. N. D. 4. Cl.

Vorangeht als wissenschaftliche Arbeit:

**Aristotelis de voluntate doctrina.**

**Scr. Schrader.**

Brandenburg.

Gedruckt bei J. J. Wiesite.

1847.

96r  
4

1772

# Inscriptio

Universitatis in Brno  
1772



J. W. B. A. V. T.

Aristotelis de voluntate doctrina

in Germanico

Pragae

1772

facultatem  
in  
-in  
-in  
-in  
-in  
-in

**A**ristotelis de  
exigua inde orit  
ita circumscrip  
animis proponer  
ambitus et quan  
ficitur quod ego  
eam propono, cu  
partim in eo po  
eam huic facult  
dubitanter confi  
morum disciplin  
constituendas q  
dico, animum a  
multa afferrent  
ita de ea disput  
sertim ut ratio  
reat illasque aut  
gulis his philoso  
canda videtur.  
re praeter Arist  
gradibus attulit,  
ribus doctrinam  
animae facultati  
**Quare** ut manif  
-el  
(\*) Moralem p  
demum tempore ex  
vivendi rationem e  
in eo tamen instam  
vit et quasi in luce

capitulum I  
Aristotelis de voluntate doctrinam quum exponere aggrediar difficultas haud exigua inde oritur, quod rem ipsam quam perquirendo explicaturus sum non ita circumscriptam et a similibus animae affectionibus seiunctam legentium animis proponere possum, ut uno quasi conspectu intelligatur qui sit huius rei ambitus et quam late eius vis pateat. Quae difficultas ex parte quidem eo efficitur quod ego certum quoddam principium et singularem animae facultatem eam propono, cui eadem forma et vis ab Aristotele assignata esse non videtur, partim in eo posita est quod omnino et veteres et recentiores philosophi non eam huic facultati explicandae operam navaverunt qua illam dignam esse haud dubitanter confirmaverim. Quamquam enim nostra aetate non defuerunt qui morum disciplinam luculentissime explicarent, tamen magis illi ad agendi leges constituendas quam ad commune legum moralium fundamentum, voluntatem dico, animum attenderunt. \*) Ac fieri quidem non potuit quin hac in re permulta afferrent quae ad hanc facultatem definiendam pertinerent, neque vero ita de ea disputasse videntur, ut tota eius vis et natura perspiciatur et praesertim ut ratio intelligatur qua voluntas cum ceteris animae facultatibus cohaereat illasque aut regat aut ipsa ab illis regatur. Quae doctrinae inopia non singulis his philosophis vitio vertenda est sed ex rei gravitate et difficultate explicanda videtur. Et ut ad veteres philosophos redeam, Plato qui unus hac in re praeter Aristotelem nominandus est multa ille quidem de singulis voluntatis gradibus attulit, velut de cupidine et de θυμῷ idemque primus universam de moribus doctrinam certis quibusdam legibus describere studuit; de singulis autem animae facultatibus cum non distincte disseruisse non est quod multis exponam. Quare ut manifesto appareat quam tandem Aristotelicae philosophiae partem

capitulum I  
Aristotelis de voluntate doctrinam quum exponere aggrediar difficultas haud exigua inde oritur, quod rem ipsam quam perquirendo explicaturus sum non ita circumscriptam et a similibus animae affectionibus seiunctam legentium animis proponere possum, ut uno quasi conspectu intelligatur qui sit huius rei ambitus et quam late eius vis pateat. Quae difficultas ex parte quidem eo efficitur quod ego certum quoddam principium et singularem animae facultatem eam propono, cui eadem forma et vis ab Aristotele assignata esse non videtur, partim in eo posita est quod omnino et veteres et recentiores philosophi non eam huic facultati explicandae operam navaverunt qua illam dignam esse haud dubitanter confirmaverim. Quamquam enim nostra aetate non defuerunt qui morum disciplinam luculentissime explicarent, tamen magis illi ad agendi leges constituendas quam ad commune legum moralium fundamentum, voluntatem dico, animum attenderunt. \*) Ac fieri quidem non potuit quin hac in re permulta afferrent quae ad hanc facultatem definiendam pertinerent, neque vero ita de ea disputasse videntur, ut tota eius vis et natura perspiciatur et praesertim ut ratio intelligatur qua voluntas cum ceteris animae facultatibus cohaereat illasque aut regat aut ipsa ab illis regatur. Quae doctrinae inopia non singulis his philosophis vitio vertenda est sed ex rei gravitate et difficultate explicanda videtur. Et ut ad veteres philosophos redeam, Plato qui unus hac in re praeter Aristotelem nominandus est multa ille quidem de singulis voluntatis gradibus attulit, velut de cupidine et de θυμῷ idemque primus universam de moribus doctrinam certis quibusdam legibus describere studuit; de singulis autem animae facultatibus cum non distincte disseruisse non est quod multis exponam. Quare ut manifesto appareat quam tandem Aristotelicae philosophiae partem

\*) Moralem philosophiam imprimis a *Kantio* et *Fichtio* exultam esse satis constat. Nostro demum tempore exstitit vir acuti ingenii, *Jac. Reiffius*, qui quum totam et philosophandi et vivendi rationem ex voluntate derivare studeret multa quidem nimis obiter definivisse videtur, in eo tamen iustam laudem tulit quod diu neglectam huius facultatis vim accuratius explanavit et quasi in lucem protraxit.



mihī proposuerim illustrandam, voluntatem eam dico animae facultatem quae omne agendi principium contineat ideoque fundamentum quasi suppeditet in quo et universa morum disciplina et omnis humanarum actionum censura insistat. \*) In tres autem partes omnis de hac re disputatio dispertienda videtur, primum ut ratio exponatur quae voluntati cum ceteris animae facultatibus intercedat, tum ut explicetur quo modo voluntas humanum corpus moveat, denique ut voluntatis vis ad actiones hominum regendas et mores erudiendos i. e. ad virtutem procreandam appareat.

### Caput I.

Ac primum quidem circumspicientibus nobis cui potissimum animae parti agendi facultas tribuenda sit, in ipso disputationis exordio subsistere cogimur quod Aristotelem ipsum hac de re fluctuasse nec semper sibi constitisse videmus. Exstant enim in eius libris loci qui simplicem agendi facultatem τὴν ὄρεξιν statuunt, contra aliis locis haec facultas inter duas animae partes, ὄρεξιν et διάνοιαν πρακτικὴν videtur distributa esse. Quod utrum Aristotelis philosophiae impu- tandum sit an in sermonis aliquo ac verborum minus accurato usu positum esse videatur, infra diiudicabimus; nunc hac Aristotelicae sententiae ambiguitate id tantum munus nobis iniungitur, ut quam simplicissimum agendi principium inquiramus, quod ubi invenerimus hoc pro fundamento totius quaestionis habendum erit. Quocirca ab ea re ordiamur, sine qua omnino actio existere non potest, motum dico (κίνησις). Quamquam enim cogitanti quoque ac percipienti animae parti motus quidam subinde tribuitur, <sup>1)</sup> longe tamen alia ratio est huius motus quo sensibilis vel cogitans anima a sui potentia (δυνάμει) ad sui actum (ἐνέργειαν) progreditur, atque illius qui quum revera homines ad agendum procreandumve incitet proprio sensu κινήσεως nomine condonandus videtur. Hunc vero motum Aristoteles diserte animae vindicat (de part. anim. II, 7. p. 652. B. II Bkr), quod ideo hic commemorandum videtur ut plane appareat, quaestionem nobis propositam in perquirenda animae natura versari neque vero ex mera corporis quadam vel materiae affectione agendi originem secundum Aristotelem repetendam esse. Motus vero sedem ac quasi domicilium appetendi facultas confinet, Psych. III, 9. „οὐθέν γὰρ μὴ ὄρεγόμενον ἢ φεῦγον κινεῖται ἀλλ' ἢ βία“ (per se autem patet de voluntario tantum motu hic quaeri), quod confirmatur de mot.

\*) Infra si appetendi diversa genera distinguere necesse est, voluntatis voce unum tantum genus (βούλησιν) totius huius facultatis significari nunc monere volo ne quis socordia mea factum esse putet, quod propter diversam Latinae linguae indolem evitari haud potuit.

<sup>1)</sup> Psych. I, 4. p. 408 B. 15 Bkr.; cfr. Physic. VII, 2 „ἀλλοιοῦνται γὰρ πως καὶ αἱ αἰσθήσεις. ἡ γὰρ αἰσθήσις ἢ κατ' ἐνέργειαν κινήσις ἐστὶ διὰ τοῦ σώματος παρεχούσης τὴν αἰσθήσεως.“ Praeterea qui in externa rerum natura cernitur motus (Phys. V. 2), ideo huic non pertinet, quod quum immutabilibus naturae legibus efficiatur omnem libertatem respuit.



anim. 7 „τῆς μὲν ἐσχάτης αἰτίας τοῦ κινεῖσθαι ὀρέξεως οὐσίας.“<sup>2)</sup> Uberius autem illud Psych. III, 10 demonstratur, in quo capite postquam duas esse motus causas Aristoteles statuit,<sup>3)</sup> ceteris animae facultatibus et affectionibus quae huc pertinent accurate perpensis communem quandam animae speciem ac formam (εἶδος) proponit, ex qua quisque motus originem ducat, τὸ ὀρεκτικόν.<sup>4)</sup> Quae ex hac appetendi facultate oriuntur motus causae, eae duplices quidem sunt, ὄρεξις et βούλησις, attamen quod unicuique quasi movens principium insitum est, hoc simplex esse videtur, quare ipsa cogitatio deliberans, si ad agendum hominem incitat, appetitus formam induit.<sup>5)</sup> Τὸ ὀρεκτικόν igitur unam ex animae facultatibus esse Aristoteles aperte ponit eamque a ceteris identidem diserte discernit quamquam eum hac ipsa in re non satis sententiam suam servasse postea apparebit accurate nobis definitionem appetitus Aristotelicam examinantibus. Nunc levis tantum repugnantia componenda est quae magis verborum quadam differentia quam ipsa sententiarum diversitate niti videtur. Psych. II, 3 enim, ubi Aristoteles singulas animae facultates enumerat, τὸ κινητικὸν κατὰ τόπον ab ὀρεκτικῷ distinguit, quasi grave quoddam sit inter utrumque discrimen; alii vero loci docent eandem fere vim utrique facultati ab Aristotele assignatam esse.<sup>6)</sup> Attamen quum hanc quamvis levem discrepantiam ex negligentia quadam Aristotelis ortam esse equidem non putaverim, quoniam semper ille verbis acute distinctis notionum diversitatem et bene exploravit et ad hanc diversitatem significandam accuratissimo loquendi genere utitur,<sup>7)</sup> hic quoque leve quoddam discrimen finxisse videtur quod si recte perspexero ita explicandum erit, ut κινητικὸν κατὰ τόπον ex appetitu prodeat eiusque universam vim ad effectum perducat.

Quodsi Aristoteles singularem quandam appetitui locum inter animae facultates assignavit, quaeritur quae ratio huic facultati cum ceteris animae viribus intercedat, quod quo melius perspicitur rationem ac viam indagare necesse

<sup>2)</sup> Aristotelis de motu animalium librum num in partes hic vocare et pro vero ac probo Aristotelicae philosophiae teste adhibere possim, diu haesitavi. Insunt enim in eo multa, quae cum si non totum at ex parte subditicium et interpolatum esse suspicionem movent. Quare eos tantum locos afferre constitui, qui cum ceteris Aristotelis placitis congruere videntur.

<sup>3)</sup> P. 433. A. 17 „εὐλόγως ταῦτα δύο φαίνεται τὰ κινῶντα ὄρεξις καὶ διάνοια πρακτικὴ“ et paullo ante „ἀμφὺν ἀρὰ ταῦτα κινητικὰ κατὰ τόπον, νοῦς καὶ ὄρεξις.“ Physic. VIII, 2 p. 253 A. 17.

<sup>4)</sup> Psych. I. c. εἰ γὰρ δύο, νοῦς καὶ ὄρεξις, ἐκίησιν, κατὰ κοινὸν ἂν τι ἐκίησιν εἶδος,“ et „εἶδει μὲν ἐν ἄν ἔρη τὸ κινῶν τὸ ὀρεκτικόν, ἢ ὀρεκτικόν.“

<sup>5)</sup> Psych. I. c. „ὁ μὲν νοῦς οὐ φαίνεται κινῶν ἄνευ ὀρέξεως.“

<sup>6)</sup> Psych. I, 5 p. 411 A. 28 et praecipue III, 9 init. ubi criticis animae facultatibus movendi facultas opponitur, quae nulla nisi appetendi vis esse potest; cfr. III, 3 init.

<sup>7)</sup> Cuius rei insigne quoddam exemplum subtili illo discrimine continetur quod Arist. inter τὰ ἀπὸ τύχης et τὰ ἀπὸ αὐτομάτου statuit, Physic. II 4 cl. Metaph. XI (XII) 3.

videtur quam Aristoteles in explicanda animae natura ingressus sit et quo flo singulae facultates inter se nexae sint aut quo discrimine seiunctae accuratius persequi. Atque in universum ea ratione Aristotelem progressum esse apparet, ut ab infima animae facultate quae animalibus quoque contigit ad eam ascenderit quam ipse quidem perhibuit summam. Itaque primum neque admodum copiose de anima vegetante et nutriente disputavit, de qua quum aliis locis satis multa attulerit quae ad singularem eius naturam et vim illustrandam pertinent, in hoc libro (Psych. II, 4) nexum praecipue exposuit quo haec facultas cum ceteris animae partibus sit coniuncta. Inde Aristoteles pergit ad animam sensibilem quam formam et quasi receptaculum rerum sensibilibum definit (Psych. III, 8) ita quidem ut initio nihil sit nisi mera sentiendi potestas (Psych. II, 5), ipsis vero rebus perceptis ad sui finem pervenerit et rerum sensibilibum formas in se receperit (Psych. II, 5. 6. 12. III, 2), quare hoc respectu anima sensibilis cum rebus quae sub sensum cadunt congruere habenda est. Transit Aristoteles ad imaginationem definiendam quae quamquam tota ex sensuum perceptione oritur ideoque ab Aristotele artissime cum ea coniungitur (Psych. III, 3), tamen postquam exulta et perfecta est ipsa maximam vim explicat ad hominum et cogitationes et actiones regendas. Restant enim duae facultates animae quarum utraque ex imaginatione succum quasi et materiem haurire videtur, cogitantem dico animam et appetentem. Mens enim quum ipsas rerum formas et genera cogitando subigat et exploret (εἶδος εἰδῶν), singulae res quae sensibus perceptae sunt una quadam specie circumdatae atque in unam imaginem contractae esse debent, quod contrahendi munus imaginatione persolvitur. Qua ratione quum Aristoteles videret nullam fore animae facultatem quin aliqua saltem ex parte e sensibus ideoque ex rebus externis penderet, ad aeternam ac fere divinam mentis naturam servandam summam hominis vim, τὸν νοῦν ποιητικόν, extrinsecus et quasi divinitus hominem ingredi statuit (de gen. anim. II, 3). Altera vero animae facultas haec ipsa est, quam definiendam nobis proposuimus, *appetitus*. Quae huic cum imaginatione intercedat ratio, infra videbimus; nunc ex brevi illa Aristotelicae psychologiae descriptione id potissimum intelligi volo triplicem vim ab Aristotele animae tributam esse *vegetandi cognoscendi appetendi*. Ac prima illa quum nihil suppeditet nisi materiam qua animal ad se servandum utitur, Aristoteles praecipue has duas vires inter se opponit cognoscendi sive discernendi et appetendi.<sup>9)</sup> In eo enim anima sentiens et anima cogitans ad eun-

<sup>9)</sup> Psych. III, 9 „ἐπεὶ δὲ ἡ ψυχὴ κατὰ δύο ἄρισται δυνάμεις ἢ τῶν ζῴων, τῷ τε κοιτικῷ ὁ διανοίας ἔργον ἐστὶ καὶ αἰσθησεως, καὶ ἐπὶ τῷ κινεῖν τὴν κατὰ τόπον κίνησιν“ et III, 3 „ἐπεὶ δὲ δύο διαφοραῖς ἐρίζεται μάλιστα τὴν ψυχὴν, κινήσει τε τῇ κατὰ τόπον καὶ τῷ ποιεῖν καὶ τῷ κρῖναι καὶ τῷ αἰσθάνεσθαι,“ ubi τὸ ποιεῖν et τὸ αἰσθάνεσθαι communi τοῦ κρῖναι notionē comprehenduntur.



dem finem tendunt quod res sensibus aut cogitationi subiectas inter se discernere et definire student, quare Aristoteles communi eas *criticae* facultatis nomine complectitur (cf. de mot. anim. 6 „καὶ γὰρ ἡ φαντασία καὶ ἡ αἰσθησις τὴν αὐτὴν τῶν νῶν χώραν ἔχουσι, κριτικὰ γὰρ πάντα.“) Quare si altera animae pars in distinguendo et definiendo cernitur, altera ad hanc accedere debet qua homini movendi et agendi facultas impertitur et haec quidem appetendi est facultas. Aristoteles igitur hominis naturam explicaturus ita iudicat ut hominem esse *mentem appetentem sive appetitum cogitantem* existimet.<sup>9)</sup> Ac quum ea demum sit iusta et omnibus numeris absoluta definitio quae nec parum nec nimis quid de re definienda asserat, Aristotelem apparet *duplicem illam animae vim ex una eademque notione deducere non potuisse*.<sup>10)</sup> Qua in re quamquam haud dubie Aristotelicae philosophiae inopia quaedam ac defectus cernitur, ipse tamen ad hanc internam conjunctionem investigandam omnino animum non attendisse putandus non est, sed identidem conatus est vinculum utrique facultati commune perscrutari et nobis ante oculos ponere, quod quò melius perspiciatur ipsa ἐρέξεως definitio et singulae huius facultatis formae explanandae sunt.

Appetitus igitur quum omne movendi principium contineat duplici modo vim suam edere debet aut eo quod appetentem hominem ad aliquam rem attrahit et perducit aut eo quod ab hac re ipsum retrahit et protrudit. Hae duae vires sunt διώξις et φυγή<sup>11)</sup>, quare ipsum appetitum si hac ratione distribuere et in formas suas explicare volumus, ἐρεκτικὸν sive διωκτικὸν et φευκτικὸν has partes vocare debemus. Hae facultates quamquam plane diversa ratione hominem regunt earumque vires agentes inter se contrariae sunt tamen ex eodem fonte manant eiusdemque generis et stirpis habendae sunt.<sup>12)</sup> Effectus autem harum facultatum<sup>13)</sup> pro diversa earum ratione diversi existunt, ἐλξις si ad aliquam rem al-

<sup>9)</sup> Eth. Nic. VI, 2 „διὸ ἡ ἐρεκτικὴ τοῦ ἄνθρωπου ἢ προαίρεσις ἢ ἐρέξις διανοητικὴ, καὶ ἡ τοιαύτη ἀρχὴ ἄνθρωπος.“  
Polit. VII, 15 p. 1334 B. 17; de mot. ani. 6 p. 700 B. 17; Metaph. XI (XII) 5 init. cf. Procl. in Tim. p. 231. E. τὰς τῆς ψυχῆς ἐνεργείας διειλομένον διχῶς τὴν πρώτην, εἰς τε τὰς κινητικὰς καὶ τὰς ἠρωστικὰς ἀμφότεραι γὰρ τῆ ψυχῆ προσήκουσι ὡς καὶ ὁ δαιμόνιος Ἀριστοτέλης φησὶ.“

<sup>10)</sup> Hoc apertis verbis ab Aristotele declaratur Psych. III, 9 „τὰ ἐρεκτικόν, ὃ καὶ λόγῳ καὶ δυνάμει ἕτερον ἂν δοξείεν εἶναι πάντων.“

<sup>11)</sup> Eth. Nic. VI, 2; Psych. III, 9 p. 432 B. 28. Hae vires ad actiones humanas regendas idem valent ac κατὰφρασις et ἀπόφρασις ad iudicium et intelligentiam conformandam (Eth. I. c.), quare si Arist. his notionibus ad appetitum definiendum utitur ob rationis similitudinem hoc fecisse videtur, cf. Psych. III, 7 et Trendelenb. ad h. I. Praeterea vid. Psych. III, 9 „εὐδὲν γὰρ μὴ ἐρεχόμενον ἢ φευγόν κινεῖται ἰάλλ· ἢ βία“ et e. 8 „ἔστι δ' ἡ φαντασία ἕτερον φάσεως καὶ ἀποφάσεως.“

<sup>12)</sup> Psych. III, 7 „ὄχι ἕτερον τὸ ἐρεκτικὸν καὶ φευκτικόν.“

<sup>13)</sup> I. e. τοῦ ἐρεκτικοῦ et τοῦ φευκτικοῦ, vel si pro facultatibus ipsas actiones substitutum, τῆς διώξεως et τῆς φυγῆς.



licimur et *δοσις* si removemur ab hac re (de anim. incessu 2.)<sup>14)</sup> Appetitus igitur semper propter aliquam rem existit,<sup>15)</sup> quae res si non extra hominem attamen extra appetitum posita τὸ ὀρεκτόν nominatur (Psych. III, 10 „ἐν δὲ τι τὸ κινεῖν τὸ ὀρεκτόν“ et aliis loc.). Neque enim appetitus in iis rebus numerandus est quae movendi principium in sese ipsis habent, quum unus tantum Deus existat qui se ipsum movere possit. Haec res quae appetitum ad homines movendum incitat mutationi subiecta est („ὁ ἐνδέχεται καὶ ἄλλως ἔχειν“ Eth. Nic. VI. 2). Nam si ita conformata esset ut omnem mutationem respueret, omnino hominem ad agendum incitare non posset quare de aeternis et immutabilibus rebus nemo deliberat, sed de iis tantum deliberationem instituimus quae ipsi facere et peragere possumus.<sup>16)</sup> Qua in re id tantum explicandum restat, quod Aristoteles aliis locis τὸ ὀρεκτόν i. e. rem quae appetitum procreet moveri non posse dixit,<sup>17)</sup> quae difficultas facile enodatur. Neque enim ipsam rem quam appetimus movere et mutare possumus, quum haec res nihil sit nisi notio vel imago quaedam quae nos ad sui amorem vel odium rapit (Psych. III, 10 „τοῦτο (τὸ ὀρεκτόν) γὰρ κινεῖ τῶν νοηθέντων ἢ φαντασθέντων“), quare omnis mutatio quae hac quidem ratione institui potest eo continetur, ut quam nobis falsam imaginem vel notionem finximus hanc corrigamus<sup>18)</sup>. Sed dum rem appetitui propositam consequi studemus, viam qua ad eum pervenimus percurrentes et nosmet ipsos et res quasi inter nos et τὸ ὀρεκτόν positas mutamus, quare deliberatio non de ipso fine instituitur sed de iis quae ad finem perducunt.<sup>19)</sup>

Jam si quaerimus, qui tandem animae locus appetitui assignandus sit, satis distincte quidem Aristoteles hac de re sententiam pronuntiavit, sed ipsa haec sententia a ceteris Aristotelis placitis ita dissentit, ut nullo modo haec inter se consentire et conspirare videantur. Verba enim Aristotelis sunt Psych. III, 7: οὐχ ἕτερον τὸ ὀρεκτικὸν καὶ φευκτικόν, οὐτ' ἀλλήλων οὔτε τοῦ αἰσθητικοῦ ἀλλὰ τὸ εἶναι ἄλλο, i. e. appetitus eiusdem generis est ac sensuum perceptio et ex eodem fonte oritur, utraque autem facultas si ad sui actum pervenit diversam

<sup>14)</sup> Quattuor quidem motus Arist. Physic. VII, 2 discernit ἔλξιν, ἄσιν, ἔχχσιν, δίησιν, ita tamen ut duae posteriores ad primam et alteram referantur.

<sup>15)</sup> Psych. III, 9 „καί τε γὰρ ἕνεκά του ἢ κίνησις αὐτῆ“ et e 10. „ἢ ὄρεξις ἕνεκά του πάσα.“

<sup>16)</sup> Eth. Nic. III, 5 „περὶ δὲ τῶν αἰθίων οὐδεὶς βουλευέται cet.“; et paulo post βουλευόμεθα δὲ περὶ τῶν ἐφ' ἡμῖν πρακτῶν.“

<sup>17)</sup> Cf. Psych. III, 10 „τὸ δὲ κινεῖν διττόν, τὸ μὲν ἀκίνητον, τὸ δὲ κινεῖν καὶ κινούμενον. ἔστι δὲ τὸ μὲν ἀκίνητον τὸ πρακτὸν ἀγαθόν.“ Metaph. XI (XII) 7 „ἔστι τὸ οὐ ἕνεκα (quod idem esse ac τὸ ἀγαθόν ex Metaph. I, 3 intelligitur) ἐν τοῖς ἀκινήτοις.“

<sup>18)</sup> Τὸ ὀρεκτόν enim est τὸ ἀγαθόν ἢ τὸ φαινόμενον ἀγαθόν (Psych. III, 10), quare si quid falso nobis bonum visum est nostrum hac de re iudicium corrigere licet.

<sup>19)</sup> Eth. Nic. III, 5 „βουλευόμεθα δ' οὐ περὶ τῶν τελῶν, ἀλλὰ περὶ τῶν πρὸς τὰ τέλη.“

vim exercet.<sup>20)</sup> Itaque quam vim Aristoteles locis supra allatis a ceteris animae facultatibus ita discernit, ut plane diversam ei naturam et indolem tribuat, hanc nostro loco sensuum perceptioni ita adiungit ut ex hac ipsa originem ducere videatur. Quod confirmatur ipsis Aristotelis verbis I. c. „τὸ μὲν αὖν αἰσθάνεσθαι ὁμοίον τῷ φάναι μόνον καὶ νοεῖν (i. e. sensuum perceptio per se spectata criticis facultatibus est adnumeranda) ὅταν δὲ ἡδὺ ἢ λυπηρὸν οἶον καταφᾶσα ἢ ἀποφᾶσα (sc. ἡ ψυχὴ), διώκει ἢ φεύγει. καὶ ἔστι τὸ ἡδεσθαι καὶ λυπεῖσθαι τὸ ἐνεργεῖν τῇ αἰσθητικῇ μεσότητι πρὸς τὸ ἀγαθὸν ἢ κακόν.“<sup>21)</sup> Itaque si re sensibus percepta gaudemus, tum eam appetimus; sin dolorem ex hac perceptione haurimus, respuimus eam et fugimus;<sup>22)</sup> dolor autem et gaudium oriuntur si medii cuiusdam sensus agens vis ad bonum vel malum refertur. Qui sit ille medius sensus, apparet ex Psych. III, 2 „οὔτε δὲ κεχωρισμένοις ἐνδέχεται κρίνειν ὅτι ἕτερον τὸ γλυκὺ τοῦ λευκοῦ, ἀλλὰ δεῖ ἐνὶ τινὶ ἀμφω δῆλα εἶναι,“ et c. 7. „τὸ δὲ ἔσχατον ἔν, καὶ μίᾳ μεσότητι τὸ δ' εἶναι αὐτῇ πλείω.“ Itaque alia quadam perceptione dulce sentitur, alia album; sed sensus qui utrumque percipit unus idemque est, qui si contraria discernit ea ad medium quoddam commune referre debet, atque hoc medium quod ipsi sensui inest vocatur ἡ αἰσθητικὴ μεσότης (Psych. II, II „τὸ γὰρ μέσον κριτικόν“). Et alio loco (Psych. II, 3) Arist. appetitum tactus sensui annectit; at quum nullum animal tactu orbatum existere possit (Psych. III, 12), hanc ipsam ob rem cuique animali etiam appetitus inesse debet. Attamen quum mera sensuum perceptione nullo modo nec dolor nec gaudium neque ideo appetitus gigni possit, aliam animae facultatem Aristoteles adhibet, ut has diversas vires quasi filo quodam connectat, *imaginationem* dico, cui facultati omnino gravissimas partes mandavit. Et manifesto hoc declaratum est Psych. III, 10 „ὄρεκτικὸν δ' οὐκ ἄνευ φαντασίας,“ quod quomodo intelligendum sit ex ipsa imaginationis natura optime perspicitur. Quum enim duplex sit imaginandi vis αἰσθητικὴ et βουλευτικὴ sive λογιστικὴ, ex Aristotelis quidem sententia αἰσθητικὴ imaginatio sensuum perceptionem ad appetitum traducere in eumque transformare videtur. Αἰσθησις enim nihil est nisi rei cuiusdam perceptio sensibus procreata neque ullam aliam vim in nos habere potest nisi ut rei sensibilis formam materia ommissa nobis tradat. Hanc rem sensu perceptam imaginatio externa specie induit sive imaginem eius in nobis procreat, quare motus animae est qui proficiscitur e sensuum perceptione ad finem perducta suamque perfectionem et actum assecuta (Psych. III, 3). Atque haec est αἰσθητικὴ imaginatio quae dum rei perceptae imaginem nobis proponit aut gaudium aut dolorem in no-

<sup>20)</sup> Ἐτερον est plane diversum, ἄλλο quod quodammodo differt.

<sup>21)</sup> Cf. Psych. II, 2, p. 413. B. 23 et c. 3, p. 414 B. 1.

<sup>22)</sup> Cf. gravissimum locum Physic. VII, 3 p. 247. A. 43 et praecipue quidem verba αἰ δ' ἡδοναὶ καὶ αἰ λύπαι ἀλλοιώσεις τοῦ αἰσθητικῶς.

bis excitare dicitur quibus excitatis appetitus aut horror oritur uterque ad agendum nos movens.<sup>23)</sup> Atque id quidem egregie Aristoteles vidit quod ipsam sensuum perceptionem suis tantum viribus usam ad agendum homines impellere non posse dixit, in eo autem errasse videtur quod imaginationi hoc munus imposuit. Nam quum vis imaginandi in eo tantum cernatur ut res sensibus perceptas tamquam imagines nobis proponat et repraesentet, alia quaedam accedere debet animae facultas quae his imaginibus utatur ut hominem ad agendum permoveat. Atque haec est illa difficultas iam supra mihi significata quam ex Aristotelis sententia solvi posse haud dubitanter negaverim. Nisi enim ex ipsa voluntatis vi quoquo modo homini insita actiones humanas explicueris, nulla omnino existit animae facultas quae nos ad agendum movere possit. Quod Aristoteles ipse probe sensisse videtur neque ita intellexisse, ut philosophiae suae hae in re inopiam et defectum plane perspexerit. Ait enim Psych. III, 10 „καὶ ἡ φαντασία δὲ ὅταν κινή, οὐ κινεῖ ἀνευ ὀρέξεως“ et paullo post „νῦν δὲ ὁ μὲν νοῦς οὐ φαίνεται κινῶν ἀνευ ὀρέξεως,“ quibus verbis movendi vim plane appetitui vindicat, quamvis aliis locis ex imaginatione vel ex sensuum perceptione si non ipsum motum attamen appetitus principium et ortum interposito dolore aut gaudio repetere studeat. Atque hoc quidem facile quisque concesserit hominem sensibus vel imaginatione plane orbatum ad agendum minime progredi posse, modo illud maneat his facultatibus in explicanda agendi vi secundarias tantum partes mandatas esse, ipsi vero voluntati primarias.

Sed mittamus aliquamdiu hanc Aristotelicae philosophiae inconstantiam et discrepantiam et videamus quomodo divinus ille vir super haec fundamenta reliquam de voluntate doctrinam exstruxerit quasi et excoluerit. Quam ad explicandam altera illa imaginationis vis βουλευτική sive λογιστική adhibenda et accuratius exponenda videtur. Atque hic animadvertere licet quantam Aristoteles vim imaginationi tribuerit, quae facultas quamquam ex Aristotelis sententia tota e sensuum perceptione pendet atque ex se ipsa imagines procreare non potest,<sup>24)</sup> tamen quasi vinculum est quo sensuum perceptio cum ceteris animae facultatibus tam discernendi et cognoscendi quam constituendi et cupiendi cohaeret. Quare nisi imaginatio singulas animae facultates colligaret, mutua earum inter se vis ex Aristotelis quidem philosophia non existeret nec firma et in se con-

<sup>23)</sup> De mot. anim. 6 „δεῖ δὲ τινῶν καὶ τὸ φαινόμενον ἀγαθὸν ἀγαθὸν χῶρον ἔχειν καὶ τὸ ἡδύ. φαινόμενα γὰρ ἴστω ἀγαθόν. — Κινεῖται γὰρ — καὶ ζῴων ἐρέξει ἢ προαιρέσει ἀλλοιοθέντος τινός· κατὰ τὴν αἰσθησὶν ἢ τὴν φαντασίαν.“

<sup>24)</sup> Uberius hanc rem exposui in commentatione „de artis apud Arist. notionē ac vi“ p. 41.



spirans de anima doctrina condi posset.<sup>25)</sup> Jam si imaginatio rei cuiusdam sensibus perceptae imaginem nobis impertit, apparet eam et memoriae et recordationis parentem esse, quarum illa rei imaginem et adspectum (φάντασμα καὶ θεωρημα) in rei simulacrum et admonitionem (εἰκόνα καὶ μνημόνευμα) mutat (de memor. 1.), haec hocce simulacrum oblivione paene obrutum pro nostro arbitrio revocat. Itaque si ab sensuum perceptione ad altiores et sublimiores animae actiones assurgere volumus, primum per imaginationem ad memoriam tum ad recordationem utpote liberio rem imaginum revocationem perducimur a qua ad cogitandi facultatem i. e. ad ipsam mentem duce iterum imaginatione ascendimus. Mens enim quum quid singulis rebus commune sit et quomodo singularum rerum universa notio definiatur et circumscribatur cogitando explorare studeat, singularum rerum species et imagines quasi ante oculos sibi proponere debet, quibus imaginibus accurate perpensis earumque necessaria ac nativa indole a fortuitis quibusque casibus et quasi ideae velamentis seiuncta notionem ipsam conformat quavis singulari huiusce generis re et generaliorem et sublimiorem.<sup>26)</sup> Quare mens his rerum imaginibus tamquam cogitandi materia utitur, quibus si destituta est omnino cogitare non potest.<sup>27)</sup> Sed quum duplex sit mentis vis, altera ad cognoscendum tantum versa (νοῦς θεωρητικός), ad actiones hominum gubernandas altera (νοῦς πρακτικός sive διάνοια πρακτ.),<sup>28)</sup> duplici modo mens imaginibus utitur aut ad notiones definiendas et conformandas aut si notionem rei conformaverit ad imaginem et speciem huius rei appetenti hominum parti proponendam. Atque hac in re obviam nobis fit λογιστική sive βουλευτική ἰμαγινatio quae quum tam arcte cum mente conjuncta sit ut illa tantum adiuvante vim suam edere possit, non nisi in iis animalibus invenitur quae medi-

<sup>25)</sup> Absurdum esse si quis diversas animae facultates plane inter se separare velit, Aristoteles contra Platonem monet Psych. III, 9 „ἔχει δὲ ἀπορίαν εὐθὺς πῶς τε δεῖ μόρια λέγειν τῆς ψυχῆς καὶ πόσα. τρόπον γὰρ τινὰ ἄπειρα φαίνεται καὶ οὐ μόνον ἄ τινες λέγουσι διορίζοντες, λογιστικὴν καὶ θυμικὴν καὶ ἐπιθυμητικὴν (cf. Plat. de rep. IV. p. 436 — 441). — καὶ ἄσπον δὲ τοῦτο διασπᾶν.“ Num Aristoteli feliciter contigerit, appetitum cum ceteris animae viribus coniungere, infra videbimus.

<sup>26)</sup> Psych. III, 6 „τὸ δὲ ἐν ποιῶν, τοῦτο ὁ νοῦς ἕκαστον.“

<sup>27)</sup> Haec sententia multis locis confirmatur, cf. Psych. III, 8 „οὔτε μὴ αἰσθανόμενος μὴδὲ οὐδὲν ἂν μάθοι οὐδὲ ξυνοίη, ὅταν δὲ θεωρῇ, ἀνάγκη ἅμα φάντασμα τι θεωρεῖν.“ III, 7 „τῇ δὲ διανοητικῇ ψυχῇ τὰ φαντάσματα οἷον αἰσθήματα ὑπάρχει — διὸ οὐδέποτε νοεῖ ἄνευ φαντάσματος ἢ ψυχῆ“. et paullo post: „τὰ μὲν οὖν εἶδη τὸ νοητικὸν ἐν τοῖς φαντάσμασι νοεῖ. De memor. 1. „νοεῖν οὐκ ἔστιν ἄνευ φαντάσματος.“

<sup>28)</sup> Psych. III, 10 „νοῦς δὲ ὁ ἑνεκά του λογίζόμενος καὶ ὁ πρακτικός. διαφέρει δὲ τοῦ θεωρητικοῦ τῷ τέλει.“ Eth. Nic. VI, 2 „διάνοια δ' αὐτῇ οὐθεν κινεῖ ἀλλ' ἢ ἑνεκά του καὶ πρακτικῆ“. Cf. Polit. VII, 14, „ὁ μὲν γὰρ πρακτικός ἐστι λόγος, ὁ δὲ θεωρητικός.“ Biese d. Philos. des Arist. II, 24.

tandi et cogitandi vi condonata sunt.<sup>29)</sup> Hac igitur ratione ex pluribus imaginibus una efficitur (Psych. III, 11 „ὥστε δύναται (sc. τὸ βουλευτικόν) ἐν ἐκ πλείωνων φαντασμάτων ποιεῖν), quae simulatque appetitui hominum repraesentata est, eum si non omni ex parte regit et ad agendum destinat, tamen potest eum gubernare quodammodo et moderari. Neque enim semper appetitus deliberationi obtemperat,<sup>30)</sup> sed si praesenti quadam re vehementius movetur, abiecta et contempta deliberatione ad subitam cupidinem explendam proripitur, id quod in hominibus intemperantibus usu venit.<sup>31)</sup> Sed hac quoque ratione imaginationem ad appetitum excitandum necessariam esse videmus, quare sive singulari quadam re libido hominum incitatur sive is deliberatione interposita ad id tendit quod mens practica tamquam optimum praecipit, utraque ratione commune vinculum inter appetendi facultatem (τὸ ὀρεκτικόν) et rem quam appetimus (τὸ ὀρεκτόν) imaginatione videmus contineri. Quare ex sua quidem sententia Aristoteles recte dicit Psych. III, 3 „καὶ πολλὰ κατ' αὐτὴν καὶ ποιεῖν καὶ πάσχειν τὸ ἔχον“ et paullo post „καὶ διὰ τὸ ἐμμένειν καὶ ὁμοίως εἶναι ταῖς αἰσθήσεσι (τὰς φαντασίας), πολλὰ κατ' αὐτὰς πράττει τὰ ζῶα.“

Sin autem appetitus deliberationi aut obtemperare aut resistere potest, diversa quaedam eius genera et formae existant necesse est, quas ab Aristotele saepius distinctas esse videmus. Cfr. Psych. III, 9: „ἐν τε τῷ λογιστικῷ γὰρ ἢ βούλησις γίνεται καὶ ἐν τῷ ἀλόγῳ ἢ ἐπιθυμία καὶ ὁ θυμός“, cl. Magn. mor. I, 12: ὀρέξεως δὲ ἐστὶ εἶδη τρία, ἐπιθυμία, θυμός, βούλησις“<sup>32)</sup>. Itaque triplicem appetendi rationem Aristoteles distinxit, qua in re quodammodo praeceptorem Platonem secutus esse videtur.<sup>33)</sup> Quod non ita intelligi volo quasi Aristoteles Platonis de anima doctrinam probaverit, immo ipsam hanc sententiam saepius refutat, attamen idoneam eam habuisse videtur ad diversas appetendi rationes discernendas. Supra enim iam enumeravimus quas partes vel potius facultates animae Aristoteles statuerit. Praeterea vero quum propter rei gravitatem et copiam diversa ratione animam contemplari eiusque vires perlustrare liceat,

<sup>29)</sup> Psych. III, 11 „ἢ μὲν οὖν αἰσθητικὴ φαντασία — καὶ ἐν ταῖς ἄλλαις ζῴοις ὑπάρχει, ἢ δὲ βουλευτικὴ ἐν τοῖς λογιστικαῖς.“ Cf. Eth. Nic. VI, 2.

<sup>30)</sup> Psych. I, c. „τὸ βουλευτικόν οὐκ ἔχει ἢ ὀρέξεις“, quia appetitus quidem omnibus inest animalibus ut communis movendi causa, deliberatio autem non omnibus data est.

<sup>31)</sup> Psych. I, c. „καὶ (sc. ἢ ὀρέξεις) δ' ἐπί τε καὶ κινεῖ τὴν βούλησιν.“ Cf. III, 10 „ὁ μὲν γὰρ τοῦς διὰ τὸ μέλλον ἀνθέλκει κελεύει, ἢ δ' ἐπιθυμία διὰ τὸ ἕδη.“ Eth. Nic. III, 15: „ἀπληστος γὰρ ἢ τοῦ ἡδύος ὀρέξις καὶ πανταχόθεν τῷ ἀσάτῳ, καὶ ἢ τῆς ἐπιθυμίας ἐνέργεια αὐξεῖ τὸ συγγενές, καὶ μεγάλα καὶ σφοδρὰ ᾄσει, καὶ τὸν λόγισμον ἐκτρούουσιν.“ Cf. Problem. XXVIII, 3.

<sup>32)</sup> Cfr. de mot. anim. c. 6. „βούλησις δὲ καὶ θυμός καὶ ἐπιθυμία πάντα ὀρέξεις“, cl. Eth. Nic. VII, 7. Psych. I, 5 p. 411. A. 28; II, 3 „ὀρέξις μὲν γὰρ ἐπιθυμία καὶ θυμός καὶ βούλησις.“

<sup>33)</sup> Vide annot. 25.

aliam quoque ab Aristotele distinctionem propositam invenimus. Duas enim identidem animae partes discernit, τὸ λογιστικόν et τὸ ἄλογον quarum primae mentem alteri ceteras facultates assignat, quae quamquam ipsae per se spectatae deliberationis et meditationis sint expertes, tamen menti obedire eiusque praecepta sequi possunt.<sup>24)</sup> Neque enim plane separatas esse has partes voluit, id quod omnino Aristotelicae disserendi rationi repugnaret, quum eum finem Aristoteles semper secutus esse videatur ut et in externa rerum natura et in animo humano nexum et internam coniunctionem perscrutaretur et explanaret; sed certa quadam differentia eaque gravissima inter singulas facultates observata ita diversas inter se partes iungere studet, ut aut alterius in alteram vim existere demonstret aut unam ex facultatibus ceterarum vinculum et ligamentum esse ostendat quod vinculum Aristoteli imaginationem esse iam supra explicuimus. Jam vero quum appetitum subinde rationi obedire, subinde eam reiicere Aristoteles posuerit, eam appetitus condicionem ac formam, quae rationi obtemperat, βούλησιν nominavit. Quae appetendi condicio quomodo gignatur, ex iis quae de imaginatione reputante diximus facile colligitur. Mens enim si ad actiones humanas regendas respicit, singulis notionibus quas antea conformavit inter se computatis et examinatis id definit quod probi homines consequi et ad effectum perducere debent, τὸ πρακτὸν ἀγαθόν. Quod bonum ut agendo perficiatur a phantasia imaginis specie circumdata appetitui proponitur, qui dum id consecrari vel perficere studet ex libidine intemperanti et rationis experte in voluntatem consideratione ab omni parte munitam mutatur.<sup>25)</sup> Haec autem βούλησις est quae hanc ipsam ob rem ad animae partem rationis participem pertinet. Contra τὸ ἄλογον duplicem vim explicat, alteram quae quamvis subito effervescere nec facile rationis legibus obedire soleat nonnunquam tamen rationis vim in se recipit eique quasi invita obtemperat, alteram quae nullo modo meditatione regitur nullumque ducem sequitur nisi ipsam affectus violentiam et intemperantiam. Prima θυμός, altera ἐπιθυμία vocatur, quarum illam praestantiores esse per se patet.<sup>26)</sup> Cupido vero non nisi in moderato et temperanti viro cum ratione

<sup>24)</sup> Cf. Polit. VII, 14 „διήρηται δὲ δύο μέρη τῆς ψυχῆς, ἅπ τὸ μὲν ἔχει λόγον καθ' αὐτὸ, τὸ δ' οὐκ ἔχει μὲν καθ' αὐτὸ, λόγῳ δ' ὑπακούει δυνάμενος,“ et e. 15: „ἔπειτα ὡς περ ψυχῆ καὶ σώμα δὴ ἔστιν, οὕτω καὶ τῆς ψυχῆς ἄρῳμεν δύο μέρη, τὸ τε ἄλογον καὶ τὸ λόγον ἔχον.“

<sup>25)</sup> Hanc considerationem Aristoteles τῷ βουλευτικῷ tribuit Psych. III, 11. Eth. Nic. VI, 2. sub. fin., et praecipue III, 5., ἐκ τῶν βουλευσασθαι γὰρ κρίνεται ἐρηγόμεθα κατὰ τὴν βούλησιν.“

<sup>26)</sup> Eth. Nic. VII, 7. „ἴσθαι γὰρ ὁ θυμὸς ἀκούει μὲν τι τοῦ λόγου — ὁ μὲν γὰρ λέγῃς ἢ ἡ φαντασία ὅτι ὕβρις ἢ ὀλιγαρχία ἐδήλωσεν, ὁ δ' (sc. ὁ θυμὸς) ὡς περ συλλογισάμενος ὅτι δεῖ τῷ τοιοῦτῳ πολεμεῖν χαλεπαίνει δὴ εὐθύς, τῷ ἐπιθυμία, ἐάν μόνον εἴπῃ ὅτι ἡδὴ ὁ λόγος ἢ ἡ αἰσθησις ἔρμῃ πρὸς τὴν ἀπόλαυσιν, ὡς ὁ μὲν θυμὸς ἀκολαθεῖ τῷ λόγῳ, πᾶσι, ἢ δ' ἐπιθυμία οὐ ἀσχάπτου.“ Totum hoc caput quum in modestiae et intemperantiae natura versetur explicanda, pertinet ad illud



congruit, quam consensionem constanti tantum ac perpetuo studio et usu nobis contingere in tertio huius disputationis capite demonstrabitur.<sup>37)</sup>

Prusquam autem huius capituli finem faciamus et quid Aristoteles egregie invenerit quidve minus diiudicare audeamus, nonnulla de mente humanas actiones regente i. e. de *διανοία πρακτικῇ* addenda videntur. Ex iis enim quae supra attuli facile quis coniecerit, ipsam hanc mentem secundum Aristotelem hominum actiones et facinora regere quod plane ab Aristotelis sententia abhorreret. Aperte enim ille pronuntiavit mentem nunquam sine appetitu movere (Psych. III, 10 „ὁ μὲν νόυς οὐ φαίνεται κινῶν ἄνευ ὀρέξεως. ἡ γὰρ βούλησις ὀρεξίς“), quae verba si ad vivum resecamus, motum intelligitur nulla re procreari posse nisi ipso appetitu. Quare si menti munus quoddam hac in re mandat est, hoc eo tantum continetur, quod mens sive ratio deliberans agendi principia et leges circumscribit et proponit, quae leges imaginatione intercedente appetendi facultati repraesentantur atque ei quasi se immiscent.<sup>38)</sup>

Itaque ut brevi complectar, quae Aristoteles de appetitus natura et vi statuerit, quatenus inter animae facultates numeratur, *unum* est idemque *simplex movendi hominis principium* τὸ ὀρεκτικόν a ceteris animae facultatibus ita diversum, ut subinde quidem quandam earum vim in se recipiat, ipsum tamen per se et sua sponte motus hominum et actiones gignat.<sup>39)</sup> Movetur autem ipsum τῷ ὀρεκτῷ quae res appetenda ei ab imaginatione proponitur. Hoc ὀρεκτικόν aut bonum revera est aut videtur esse, quare finem (τὸ οὐ ἕνεκα) continet, quem vel

discrimen definiendum. Cfr. praeterea Problem. XXVIII, 3. Itaque si Arist. Eth. Nic. I, 13 cupidinem quodammodo rationi subditam esse dicit (τὸ μὲν γὰρ φησικὸν οὐδὲ μὴ κωνηθεῖ λόγου; τὸ δὲ ἐπιθυμητικὸν καὶ ὁλως ὀρεκτικὸν μετέχει πως ἢ κατὰ τὸν ἑστίν αὐτοῦ καὶ πειθαρχηκό<sup>40)</sup>), hoc de universa appetendi facultate iudicasse videtur.

<sup>37)</sup> Eth. Nic. III, 15 „δεῖ τοῦ σώφρονος τὸ ἐπιθυμητικὸν συμφωνεῖν τῷ λόγῳ.“

<sup>38)</sup> Bene hac de re Zellerus in libro praestantissimo „Philosoph. der Griechen“ II, p. 521: „genauer jedoch ist unter dem λογιστικόν dasjenige Vermögen der Vernunft zu verstehen, kraft dessen sie die Grundsätze für's Handeln, die praktische Wahrheit ausmittelt, das Vermögen einer auf die praktische Anwendung bezüglichen Theorie.“

<sup>39)</sup> Quare re in eo quidem Zellero assentiri non possum quod voluntatem dicit ex Aristotelis sententia nihil esse nisi vim quandam ex sensuum perceptione et ratione compositam (I. c. II, 499 „Er ist demnach nur als eine aus Sinnlichkeit und Vernunft zusammengesetzte Thätigkeit zu begreifen“). Voluntas enim quamvis ratione conformetur et dirigatur, tamen quum forma quaedam et pars appetitus sit eandem atque haec facultas originem habeat necesse est. Appetitum autem pro singulari animae facultate ab Aristotele habitum esse ex iis quos attuli locis satis intelligi puto. Quod autem eodem vir doctus l. c. censet Aristotelem non satis distincte voluntatis notionem circumscriptam scripsisse, id verissimum esse ex tota hac commentatione apparebit.

assequendum vel perficiendum appetendi facultas sibi proponit.<sup>40)</sup> Excitatur vero appetitus doloris aut voluptatis sensu qua de causa rem propositam aut consecratur aut fugit, unde duplex movendi genus existit, ἔλξις et ὤσις. Appetitus autem quoniam aut obedire rationi aut eam reformidare et refutare potest, diversam naturam eamque triplicem induit, ita ut aut βούλησις aut θυμός aut ἐπιθυμία vocari debeat.

Haec fere sunt quae Aristoteles de hac re iudicasse videtur. Quae placita ex parte quidem acute inventa dilucide explicata bene munita esse nemo non videt atque eo clarius praestantissimum Aristotelis ingenium elucet quo minus ab iis qui ante eum philosophi exstiterunt hac in doctrina condenda adiutus est. Nam ut eos silentio praeteream qui ante Socratem philosophari instituerunt, ipse Plato immortalem quidem et divinam animae naturam luculenter exposuit illique morum imprimis ratione habita eum finem constituit, quem solum consequi debeat; de singulis tamen animae facultatibus non ita diserte et distincte disputavit, ut stabilitam et copiosam de anima doctrinam excoluisse habendus sit. Quare integer erit suus Aristoteli hac in re honor etiamsi nonnulla minus accurate ab eo disputata esse deprehendamus. Atque unam quidem doctrinae inopiam iam supra significavi, quare nunc paucis eam attigisse sufficiat. Fieri enim nullo modo potest, ut appetitus sensuum perceptione vel imaginatione vel ratione ad agendum omnino commoveatur, sed ipse ex se motus principium repetere et depromere debet. Nam quod voluptate vel dolore ex sensibili quadam re percepta Aristoteles appetitum moveri dicit, *ipsi hi voluptatis et doloris affectus iam a voluntate vel potius ab appetitu proficiscuntur*. Quod si aliter se haberet, aut rationis aut sensuum vis tanta in appetitum existeret ut eum omnino regerent, quod quo minus concedamus et vita hominum et philosophia prohibent. Praeterea si appetitus non ex se ipso primam motus causam depromeret, sed aut ratione aut sensu aut coniuncta utriusque facultatis vi omni modo subactus teneretur, fieri non posset quin omnes homines idem vellent et appetere. Quum enim et rationis leges semper eadem maneant et eadem externarum rerum natura ab omnibus pari fere modo sentiendo percipiatur, nisi forte in quibusdam hominibus manci sunt vel debiles sensus, efficitur ut eadem imagines a sensibili aut deliberante imaginatione omnibus proponantur, quare si imaginatione appetitus regitur omnes idem appetant necesse est. Atqui rem

<sup>40)</sup> Metaph. I, 3 τὸ οὐ ἕνεκα sive τὸ ἀγαθόν in causis primariis numeratur; distinguitur ab eo ἢ ἀρχὴ τῆς κινήσεως quod nostrae disputationi minime repugnat. Nam ut illum motum mittamus quo externae res moventur velut coelum et sidera, ipse homo incitatur ille quidem ad agendum τῷ οὐ ἕνεκα, sed quum pro suo arbitrio illud aut sequi aut fugere possit, movendi principium τῇ ἀρχῇ τῆς κινήσεως in sese ipso habet.

secus se habere, quum per se pateat, primigenia quaedam et principalis vis appetitui videtur inesse, qua incitetur et commoveatur. Quare quamvis Aristoteles studuerit imaginatione criticas animae facultates cum appetendi facultate connectere, tamen hanc ipsam internam coniunctionem desiderari ex iis quae dixi intelligitur.<sup>41)</sup>

Alterum quod in hac Aristotelicae doctrinae parte vituperandum videtur, ex prima illa inopia oritur. Nam si id quod appetendi facultate petitur extrinsecus huic facultati proponitur, humanae actiones omnino liberae non sunt neque ex ipsa hominis aeterna et a rebus externis remota natura procreatae, sed causas et origines ex rebus repetunt quae extra hominem sitae sunt. Hac autem ratione fundamentum libertatis tollitur quia si homines non sponte agere et ex sese ipsis agendi finem depromere possunt ex rerum externa natura pendent. Rem autem ita se habere Aristotelis verba docent Psych. III, 10 „ἐπειδὴ δ' ἐστὶ τὰ ἐν μὲν τὸ κινεῖν, δεύτερον δ' ὡς κινεῖ, τρίτον τὸ κινούμενον. — ἔστι δὲ τὸ μὲν ἀκίνητον τὸ πρακτικὸν ἀγαθόν, τὸ δὲ κινεῖν καὶ κινούμενον τὸ ἀρεκτικόν —, τὸ δὲ κινούμενον τὸ ζῶον.“ Cfr. Metaph. XI (XII), 7. Itaque appetendi facultas hominem quidem movet, ipsa autem extrinsecus ea re quam appetit movetur. Cfr. de mot. anim. 10 ἔστιν ἡ ἄρεξις τὸ μέσον ὃ κινεῖ κινούμενον.“ Nec repugnat quod supra dixi, appetitum non ipsum externa re sed notione vel imagine huius rei incitari. Quamquam enim has notiones vel imagines ipsi nobis fingimus, tamen ad eas conformandas externa rerum natura nos compellit. Ac probe scio Aristotelem praeter ceteros philosophos operam dedisse ut incolumem et aeternam humani animi naturam servaret, quod ex parte quidem ei feliciter contigit. Ipse enim quum animam humanam omnia quae sentiendo vel cogitando percipiat potentia iam antea continere dixerit, hoc ipso inter potentiam et actum posito discrimine gravissimo libertatem a rebus externis humanae animae vindicare videtur. Nam ut νοῦς est τὰ νοητὰ πάντα et τὸ αἰσθητήριον eodem modo τὰ αἰσθητὰ πάντα, sic anima omnes externas res iam potentia continet priusquam eas reapse cognoverit. Attamen hac definitione nihil Aristoteles animae tribuit nisi facultatem rerum formas recipiendi; sensuum vero perceptio quum semper adsit et vigeat (Psych. III, 3 „εἴτα αἰσθησις μὲν ἀεὶ παρέστι“), ipsas has rerum formas quodammodo ex natura externa repetit. Ad summas quidem notiones si ascendimus, res cogitata et vis cogitans (τὸ νοητὸν et νοῦς sive ἡ νόησις) in unum coalescunt (Metaph. XI, 9), sed hanc summam et aeternam rerum et cogitationis conspirationem et

<sup>41)</sup> Quae Biesius hac de re disputavit quamquam Aristoteli non repugnant, tamen difficultatem rei nec tollunt neque explicant. Absurdum enim esse dicit, si quis appetitum a ceteris animae facultatibus separare velit. (cf. Philos. des Arist. II, p. 305) sed qua ratione hac facultates inter se sint coniunctae, non demonstravit.



consensionem Aristoteles non nisi in Deo esse ponit. Sin autem quaerimus quomodo homines ex parte quidem hanc aeternam et in se ipsa conspirantem cogitandi vim consequi possint, eam extrinsecus (*ὑπερθεῶν*) nobis tribui iam supra vidimus. Hoc autem non est solvere nodum sed ense secare.

Utut haec sunt, appetendi facultas certe extrinsecus impellitur et ad agendum destinatur, quam sententiam omnino cum Aristotelis philosophia consentire ex eo apparet, quod de ratione inter Deum et reliquam naturam intercedente in medium protulit. Quaestione enim proposita quomodo mundus a numine divino moveatur, hunc motum quasi amore quodam excitari ait, quo ad Deum attrahamur.<sup>42)</sup> Qui amor qua ratione nobis exoriatur, ex Aristotelis verbis minime intelligitur. Neque vero Aristotelem ideo vehementer incusari posse puto, quum recentiores quoque philosophi, qui hac de re disputationem instituerunt, rem difficillimam ex mea quidem sententia explanasse non videantur. Fichtius quidem<sup>43)</sup> qui praecipuam operam in inveniendis primo movendi principio collocasse censendus est, ingenue confitetur impulsus quendam necessarium esse ut homo ad se ipsum definiendum et constituendum progrediatur, qui impulsus quum ex prima hominis natura explicari non possit ex Fichtii sententia extrinsecus repetendus est.

## Caput II.

Alteram disputationis partem, quomodo Aristoteles corpus appetitu moveri statuerit paucis absolvere licet, quum ea quae idem de hac re attulit neque admodum copiosa sint et rem ipsam potius obiter attingant quam plane explicent. Atque in universum constat animam ex Aristotelis doctrina, si summam mentis vim exceperis, a corpore separatam non esse, quare si qui animae motus existit corpus quoque inde moveatur necesse est. Attamen quum diffe-

<sup>42)</sup> Notissima sunt Aristotelis verba *Metaph. XI, 7* „κινεῖ δὲ ὡς ἐρώμενον“ quae quum ad perfectum et omnibus numeris absolutum finem explicandum pertineant hanc ob rem de Deo dicta esse videntur. Cf. *Physic. I, 9. p. 192. A. 16.* Huius amoris originem et causam ab Aristotele patefactam non esse iam Proclus vidit; cf. eius comm. in *Tim. p. 82 A. (p. 192. ed. Schneid.)* „εἰ γὰρ ἐρᾷ ὁ κόσμος, ὡς φησὶ καὶ Ἀριστοτέλης, τοῦ νοῦ καὶ κινεῖται πρὸς αὐτὸν, πόθεν ἔχει ταύτην τὴν ἔφεσιν; ἀνάγκη γὰρ, ἐπεὶ μὴ ἔστι τὸ πρῶτον ὁ κόσμος, ἀπ’ αἰτίας ἔχειν τὴν ἔφεσιν ταύτην αὐτὸν τῆς εἰς τὸ ἐρᾶν κινήσεως.“ Alia quidem ratione mundum a Deo regi Aristoteles *Polit. VII, 4* statuere videtur „θείας γὰρ δὴ τοῦτε δυνάμειος ἔργον, ἥτις καὶ τότε συνέχει τὸ πᾶν et cet.“ ita ut Deus vi et voluntate sua quasi actionis modo mundum gubernet; divinas autem actiones non nisi ad Deum ipsum pertinere ex *e. 3* eiusdem libri apparet: „ἀλλὰ τὸν πρακτικὸν (sc. βίον) οὐκ ἀναγκαῖον εἶναι πρὸς ἑτέρουσ — ἀλλὰ πολὺ μᾶλλον τὰς αὐτοτελεῖς καὶ τὰς αὐτῶν ἕνεκεν θεωρίας καὶ διανοήσεως (i. e. πρακτικῆς εἶναι).“ Optime hac de re disputavit Zellerus *l. c. II, 400 seqq. cl. p. 425.*

<sup>43)</sup> Werke I, p. 331.

rentia inter utramque hominis partem animam et corpus existat, ea quae anima regente corpus movent quasi in confinio utriusque partis collocata esse debent, ita tamen ut corporis naturam iam induerint. Quod testatur Aristoteles Psych. III, 10 „ἡ δὲ κινεῖ ὀργανῶν ἢ ὄρεξις, ἥδη τοῦτο σωματικόν ἐστίν. διδὲ ἐν τοῖς κοινοῖς σώματος καὶ ψυχῆς ἔργοις θεωρητέον περὶ αὐτοῦ.“ Haec autem corporis pars quae continuo animae motus et impulsus excipit et pro sua parte ceteris corporis partibus impertit, cor est; Psych. I. 4 „τὸ δὲ κινεῖσθαι ἐστὶν ὑπὸ τῆς ψυχῆς, αἶον τὸ ὀργίζεσθαι ἢ φοβεῖσθαι τῷ τὴν καρδίαν ὡδὶ κινεῖσθαι.“<sup>1)</sup> Quod quomodo efficiatur, Aristoteles de mot. anim. 8 explicat „τὰ μὲν ὀργανικὰ μέρη παρασκευάζει ἐπιτηδείως τὰ πάθη, ἢ δ' ὄρεξις τὰ πάθη, τὴν δὲ ὄρεξιν ἢ φαντασία,“ quibus verbis universus quasi motuum tenor exponitur. Res autem sic se habet. Si quam rem percipimus, quae voluptatem aut dolorem nobis iniicit ideoque appetitum in nobis excitat rei perceptae aut occupandae aut depellendae, ipsi quodammodo commutamur quae mutatio quamquam initio in anima perficitur tamen in corpore quoque conspicitur. Ut hoc utar ipsi horrere solemus si quam rem horribilem cogitando nobis fingimus vel sensibus percipimus. Cf. de mot. anim. 7 καὶ μὲν γὰρ αἰσθήσεις εὐθὺς ὑπάρχουσιν ἀλλοιώσεις τινὲς οὔσαι. ἢ δὲ φαντασία καὶ ἡ νόησις τὴν τῶν πραγμάτων ἔχουσι δύναμιν. Τρόπον γὰρ τινα τὸ εἶδος τὸ νοούμενον — τοιοῦτον τυγχάνει ὃν οἶόνπερ καὶ τῶν πραγμάτων ἕκαστον· διὸ καὶ φρίττουσι καὶ φοβοῦνται νοήσαντες μόνον.“ Ita animi perturbationes similes corporis affectus procreant unde corporis motus existunt. Duplex autem in universum corporis affectus est; efficitur enim aut frigore si dolorem vel terrorem ex quadam perceptione vel cogitatione haurimus, aut calore si res percepta vel cogitata voluptatem et gaudium in homine procreat. Cf. de mot. anim. 8 „ἐξ ἀνάγκης δὲ ἀκολουθεῖ τῇ νόησει καὶ τῇ φαντασίᾳ αὐτῶν (sc. τῶν διακτῶν καὶ φευκτῶν) θερμότης καὶ ψύξις.“ Calore autem ad rem impetrandam vel perficiendam impellimur, frigore vero ab ea reiiicimur eamque fugimus. Quare qui facile ad agendum impelluntur virili indole praediti, ii vinum amant quippe quo nativus corporis calor etiam augeatur.<sup>2)</sup> Itaque si quis rem vehementer appetit, et calor et sanguis ad superiorem corporis partem et praecipue ad cor (l. c. 7. sub fin.) compelluntur, contra si rem perhorrescit et fugit, sanguis et calor ad inferius corpus quasi delabitur, quo facto cor naturali calore privatum eundem frigoris affectum ceteris quoque corporis partibus impertit.<sup>3)</sup> Qua de re pauca tantum monenda videntur. Aristoteles

<sup>1)</sup> Cf. de mot. anim. 10 „ἢ ἀρχὴ (sc. τῆς κινήσεως) — ἐν τῇ καρδίᾳ.“ Idem cor perceptiones sensuum primum recipit, cf. de partib. anim. II, 10 „ἀρχὴ τῶν αἰσθησῶν ἐστὶν ὁ περὶ τὴν καρδίαν τόπος.“ Bitter Gesch. der Philos. III, p. 279 seq.

<sup>2)</sup> Problem. XXVII, 4 „διὰ τί οἱ ἄνδρες ὡς ἐπὶ τὸ πολὺ φίλοι; ἢ ἔτι οἱ ἄνδρες θερμοί, ἢ δὲ θερμότης περὶ τὰ στήθη“ etc.

<sup>3)</sup> Problem. XXVII, 3.

teles enim quum animam a corpore non esse separatam iudicaret, id quidem bene vidit acutissimam inter animae affectiones et corporis motus coniunctionem existere; qua ratione autem altera pars ab altera moveatur quum ex accuratissima tantum ac perfecta corporis humani notitia explicari posse videatur, haec rei cognitio neque antiquitati data erat et nostris quoque temporibus desideratur. Quamquam enim gravissimum discrimen, quod medici inter sensibiles et motores quos hodie vocant nervos invenerunt, rei perquam obscurae aliquantum lucis attulit, tamen interna corporis et animae coniunctio nondum plane videtur explicata esse.

### Caput III.

Restat, ut voluntatis et appetendi vim ad mores hominum conformandos et ad virtutem humanam procreandam explicemus. Tota autem haec disputationis nostrae pars in eo versatur ut hominibus liberam voluntatem et facultatem pro suo arbitrio agendi datam esse ex Aristotelis philosophia demonstretur, quod si minus contingeret et homines aut fati necessitate aut casu et externarum rerum vi ad agendum impelli appareret, omni fere voluntatis dignitate et auctoritate sublata nullus propemodum virtuti locus relictus esset. Morum enim disciplina, quae honeste agendi regulam et praecepta nobis tradit viamque monstrat ad ideam boni sequendam, nulla est nisi suam cuique vivendi rationem eligere permittitur. Quamquam autem Aristotelem in ipsa animae doctrina constituenda non omni ex parte iustis ac severis philosophiae legibus satisfacisse vidimus, tamen ex constanti eius studio singulas facultates inter se connectendi atque earum unicuique quasi suum campum in quem excurrat assignandi iam augurari licet spem nostram hac in re non irritam fore.<sup>1)</sup> Ut ad id quod instat transeamus, appetitum supra intelleximus re appetenda (τῷ ὀρεκτῷ) moveri, quam rem aut esse bonam aut certe videri. Itaque prima errandi occasio et facultas ea re oblata est, quod pro vero bono falsam quandam honesti speciem consecrari possumus, altera autem ex eo proficiscitur quod appetitui pro arbitrio suo mentis deliberationi aut obedire licet aut repugnare. Repugnat autem homo si cupidinibus (ἐπιθυμίαις) regitur, obtemperat si cogitando et reputando subitam appetitus vim in consideratam voluntatem (βούλησιν) mutavit. Utrumque quum fieri posse Aristoteles concedat, intelligitur iam ex hoc eligendi ar-

<sup>1)</sup> Supra (p. 14) demonstrasse mihi videor, ab Aristotele quum rem appetendam appetitui extrinsecus proponi statuerit homines quodammodo libertate privatos esse. Attamen nulli quum hoc ὀρεκτόν, imagine quadam vel notione a nobismet ipsis conformata appetitui repraesentari ille senserit et hac sententia tamquam instrumento et adiumento moralis disciplinae utatur, in hac quidem disputationis parte haec doctrinae inopia ei condonanda videtur.



bitrio, *libertatem* quandam homini concessam esse, quam pro *fundamento* cuiusque *virtutis* ab Aristotele habitam esse ex iis apparet quae de *consilio* (προαίρεσις) ab illo allata sunt. Quod priusquam exponamus, considerandum est quot animi status et condiciones Aristoteles omnino distinxit, ut appareat cui earum *condicionum* *virtus* quae est quasi fructus et finis liberae voluntatis adnumeranda sit. Triplicem autem esse horum statuum quibus animus subiectus sit naturam et rationem Aristoteles Eth. Nic. II, 4 ponit quum aut affectus aut indolem quandam et facultatem aut habitus (ἕξεις) in animo discerni statuatur. Affectus autem ii nominantur quos aut voluptas aut dolor sequitur, velut invidia, odium, amor hisque similia; facultates vero esse videntur, secundum quas talibus affectibus nos dare possumus.<sup>2)</sup> Habitus autem ii animi humani status appellandi sunt, quibus certo quodam modo ad animi perturbationes aut excipiendas et fovendas aut reiiciendas et opprimendas instituti et comparati sumus. Quarum animi *condicionum* δυνάμεις (facultates) nihil nisi naturale quoddam studium significant; affectus vero repentinas movendi causas suppeditant, contra habitus stabilem quandam et usu confirmatum animi statum indicant. Jam quum nemo ea de causa bonus aut malus nominetur quia semel vel aliquoties affectu quodam correptus sit, sed ideo quia hunc affectum regere aut sciat aut nesciat, *virtus* aequae ac vitium non pro affectibus sunt habenda, sed referenda potius in *habituum* numerum. Affectus autem siquidem repente nobis obrepunt considerandi potestate vel omni vel magnam partem sublata, eo annitendum est ut considerandi et deliberandi potestatem nobis servemus, quod nullo modo fieri potest nisi animum nostrum ad virtutem subigimus educamus conformamus. Ipsa autem *virtus* sine *consilio* esse nequit,<sup>3)</sup> quod *consilium* quo modo oriatur qualemve habeat naturam nunc investigare iuvat.

Ac *consilium* (προαίρεσις) quum in ipso agente homine nascatur eumque externa vi sprete et reiecta per se ipsum ad agendum impellat, haud dubie voluntarium est. Quare primum definiendum videtur, quid *voluntarium* nominari debeat quidve minus (ἐκούσιον et ἀκούσιον). Cernitur autem hoc voluntarium in singulis actionibus neque vero ad ipsas agendi leges i. e. ad commune quasi agendi fundamentum et normam pertinet, id quod infra melius perspicietur.<sup>4)</sup>

<sup>2)</sup> Non ea ratione hae facultates nominantur, qua in constituendis et discernendis *animae* partibus Arist. hoc nomine utitur, quum nunc de *animi* natura et de morum conformatione agatur. Quare δυνάμεις hoc sensu idem valet ac nostrum „Temperament“ et naturam quandam humani animi indolem significat, secundum quam ad hanc vel illam agendi rationem propensi sumus.

<sup>3)</sup> Eth. Nic. II, 4, καὶ δ' ἀρετὰν προαίρεσις τινὲς ἢ οὐκ ἄνευ προαίρεσεως.

<sup>4)</sup> Eth. Nic. III, 1, αἱ γὰρ πράξεις ἐν τοῖς καθ' ἑκάστα, ταῦτα δ' ἐκούσια.

Voluntariam autem id videtur esse cuius origo et principium inest in ipso homine rerum in quibus actio versatur condicionem et naturam haud ignorante.<sup>5)</sup> At quum subinde a quibusdam facinora perpetrentur, quorum culpa et mali eventus iis imputari nequeant, fieri posse intelligitur ut inviti aliquod factum perficiamus. Quod invitum (τὸ ἀκούσιον) quomodo ab similibus animi condicionibus distinguendum sit, uberius Aristoteles hac fere ratione exponit. Primum enim homines id inviti fecisse censendi sunt, ad quod perficiendum externa vi sunt coacti ita quidem ut ipsi nihil ad facinus perpetrandum contulerint.<sup>6)</sup> Haec enim condicione movendi sive agendi principium extra hominem agentem positum est, quod illo homine tamquam instrumento utitur omnis libertatis experte. Deinde fieri potest ut minis vel promissis vel praemio quodam magno proposito ad actionem aliquam impellamur, ad quam perficiendam ceteroquin nullo modo aggressi essemus. Mistas has actiones Aristoteles vocat, quas in universum recte sponte factis adnumerare videtur (Eth. Nic. III, 1. p. 1110. A. 11). Quamvis enim homo cui tale quid praescriptum est sua sponte hanc rem sibi non proposuerit perficiendam, tamen penes eum potestas est aut obtemperandi aut rei reiiciendae,<sup>7)</sup> quare si quis necessitate quadam vel externo impulsu se ad vitiose agendum coactum esse excusaverit, tamen ei hoc nefarie factum imputandum erit, siquidem operam suam qualemcunque ad id perpetrandum contulit. Diversa autem agendi ratio est si quis rem perfecit cuius naturam et vim ante factum non novit. Quamquam enim non omnia facinora quae inscii perfecimus invita nominari possunt, ea tamen imputari nobis non debent, quorum postea nos poenitet (Eth. Nic. III, 2 init.). Etsi enim inscientes quid fecimus, tamen si dolorem ex hoc facto non accipimus inviti id fecisse non videmur, contra si qua res gesta dolore nos afficit, adversus voluntatem nostram i. e. invitae nobis facta esse videtur quare venia et poenae remissio nobis concedetur. Ea autem quae cupidine vel ira commoti perfecimus minime in rebus invite factis numeranda sunt. Primum enim actiones humanae quamvis ex his animae affectionibus non prorsus pendeant, tamen saepe ex iis ortum et incrementa ducunt, praeterea vero nonnunquam ex honestatis legibus irasci vel cupere aliquid debemus, postremo quae cupidine incitati perfecimus quum voluptatem gignant, contra voluntatem nostram facta esse non videntur.<sup>8)</sup>

<sup>5)</sup> Eth. Nic. III, 3, τὸ ἐκούσιον δόξειεν ἄν εἶναι οὗ ἢ ἀρχὴ ἐν αὐτῷ εἰδότες τὰ καθ' ἕκαστα, ἐν οἷς ἢ πρῶτον.

<sup>6)</sup> Eth. Nic. III, 1. p. 1109 B. 35.

<sup>7)</sup> In ipso enim homine principium corporis movendi ideoque rei aut perficiendae aut omittendae; Eth. Nic. III, 1 p. 1110. A. 15.

<sup>8)</sup> Eth. Nic. III, 3.

Jam ad consilium transeamus explicandum quod quamvis sine voluntario esse non possit, tamen non prorsus cum eo consentit, sed maiorem habet ambitum. Infantes enim et reliqua animalia, quamquam voluntarium iis inesse concedendum est, tamen quum exigua tantum vel nulla considerandi facultas iis data sit, ipso consilio carent. Praeterea quamquam ea quae subito fiunt voluntaria esse possunt, ex consilio non proficiunt. Consilium autem quum finitimum esse videatur *voluntati* (τῆ βουλήσει), nonnullis tamen rebus ab ea discernitur, quorum discriminum gravissimum tantum commemoro hoc, quod quum voluntas ipsum finem respiciat et de eo meditetur, consilium ea tantummodo perpendit quae ad finem ducunt.<sup>9)</sup> Voluntas igitur quamquam maiorem dignitatem et gravitatem continet, tamen si finem propositum consequi vult consilium sibi adiungere debet, quare si duae hae animi actiones in homine coniunctae inveniuntur, tum demum ille revera ad considerate agendum progreditur. Itaque consilium praecipue viam indagare et quasi pandere studet quae quae nobis proposuimus perficere possimus, quare arctissime coniunctum est cum deliberatione (τῆ βουλή, τῆ βουλευσασθαι). Ac iam supra dictum est deliberationem non de omnibus rebus institui sed de iis tantum, quas utrum perficiamus necne in nostro arbitrio positum est (Eth. Nic. III, 5 p. 1112. A. 30). Finitam vero deliberationem ipsum consilium sequitur, a quo rei regendae perfectio proficitur.<sup>10)</sup> Consilium igitur est appetitus deliberatione confirmatus et subactus earum rerum quae in nostra potestate sunt; postquam enim deliberando et considerando iudicium nostrum subegimus, ipse quoque noster appetitus hac ratione commutatur et dirigitur. Jam *voluntas* ipsum finem eligit et constituit quare tota fere agendi ratio eius vi gubernatur. Nam quum pro diversa finis propositi natura diversam homines in agendo viam ingrediantur omnis fere morum conformatio et voluntatis humanae recta institutione et bonitate pendet. Voluntas autem ad ea contendit quae aut bona sunt aut boni speciem praeseferunt; neque enim quisquam aliud vult nisi quod ipsi videtur bonum esse.<sup>11)</sup> Itaque hic est quasi continuus agendi tenor et series, si quis caecis ac temerariis cupiditatibus subactis considerate et consulto ad res gerendas accedit: *voluntas* finem eligit sequendum, instituitur *deliberatio* quomodo ad hunc finem perveniamus, absoluta deliberatione *consilium* capitur, quo consilio *singulae actiones* quae quidem ad finem propositum spectant *libere et voluntarie constituuntur*. Consilium igitur quamquam initium actionis est quatenus movendi principium continet, ipsum tamen ex fine proposito originem ducit.<sup>12)</sup>

<sup>9)</sup> Eth. Nic. III, 4 p. 1111 B. 26; c. 5 extr. et 7 init.; VI, 13.

<sup>10)</sup> Eth. Nic. III, 5 „βουλευσασθαι δὲ καὶ προαιρεῖν τὸ αὐτὸ, ἀλλὰ ἀφαιρισμὸν τῶν τὸ προαιρεῖν.“

<sup>11)</sup> Eth. Nic. III, 6 init. Hoc quod voluntas sequitur τὸ ἀρετὸν esse iam supra intellectum est.

<sup>12)</sup> Eth. Nic. VI, 2 p. 1139 A. 31.



Restat ut perscrutemur, quomodo voluntas ita conformetur ut bonum tantum finem consequatur nobisque proponat spectandum. Et qua ratione fieri secundum Aristotelem possit ut cogitandi et imaginandi vis in coercendum et subigendum appetitum existat, in prima huius commentationis parte expositum est; nunc modus ac via explananda nobis est qua mentis vel alius cuiusdam facultatis vis appetitus melior reddatur. Haec autem in re constituenda in universum id valet, quod de quavis institutione veteres saepissime posuerunt, et *nativam indolem et usum et doctrinam* opus esse ut in aliqua re proficiamus. Et de indole quidem Aristoteles paucis ita rem absolvit, ut quamvis ei non omnem hac in re vim deneget tamen eam non multum facere ad homines probos reddendos censeat quippe quae non tantum valeat ut aliquo modo libertatem hominis coercere vel reprimere possit.<sup>13)</sup> De doctrina vero i. e. de ea institutione quae cognitione et scientia alienius rei efficitur copiose Aristoteles disputat, quum huc omnia pertineant quae de prudentia (*φρόνησις*) exposuit. Atque hic admirabilem illam artem et viam animadvertere licet, qua singulas et animi et mentis virtutes (*ἠθικὰς* et *διανοητικὰς*) Aristoteles inter se coniunxerit. Sicuti enim criticis animae facultatibus vis quaedam ad appetitum regendum data est, sic etiam virtutes quae e mente profectae in cogitando versantur, ad morales virtutes pertinent regendas, quare ex Aristotelis sententia cognatio quaedam inter vitam *θεωρητικὴν* et *πρακτικὴν* eiusmodi existit, ut illa tamquam superiore haec quodammodo gubernetur. Prudentia enim quamquam ab Aristotele in mentis virtutibus numeratur, hoc tamen ei minus mandatum est ut vitam hominum regat et ad felicitatem perducat (Eth. Nic. VI, 5 „πρὸς τὸ εὖ ζῆν“). Id quidem Aristoteles iam antea significaverat veram notionem ad virtutes procreandas necessariam esse (Eth. Nic. III, 8 p. 1114 B. 29); nunc prudentiam ad deliberationem pertinere in eaque recte instituenda versari exponit (Eth. Nic. VI, 5 „ὥστε καὶ ὅλως ἂν εἴη φρόνιμος ὁ βουλευτικός“). Itaque *prudentia* ea virtus est, quae quum recta via progrediatur notione et cogitatione utitur ad ea investiganda et definienda quae agenti homini aut bona sunt aut mala (Eth. I. c. p. 1140 B. 4; c. 8 p. 1141 B. 21). Quae virtus quum hanc finem persequatur, ut homines recte et iuste agant, sine virtute ethica i. e. sine animi probitate esse non potest. Et quum mens (*νοῦς*) summa omnium rerum principia exponat, intelligentia (*ἐπιστήμη*) vero ex his principiis generales notiones deducat et explicet, prudentiae esse videtur, ut has generales notiones primum ad universam humanam vitam referat, deinde ut ad singula quaeque regenda iis utatur (Eth. I. c. p. 1141 B. 14). Quoniam autem ad hoc perficiendum veram notionem adhibet ita

<sup>13)</sup> Eth. Nic. III, 7; VI, 13 p. 1144 B. 14. Respondet autem haec naturalis animi vis iis, quae supra (p. 18) de *δυνάμει* dicta sunt.

quidem, ut eam non solum sequatur sed in se ipsa contineat,<sup>14)</sup> rectam illa bene agendi rationem praescribit ideoque nullo modo fieri potest, ut vera prudentia ab honestate et virtute dirimatur.<sup>15)</sup> Quare nemo prudens est nisi honestus, neque quisquam probe vivere potest nisi idem prudentia utatur. Qua definitione quum tamquam orbe eodem revolvamur unde digressi sumus quoniam altera virtus sine altera existere non potest, haud alienum videtur quaerere utra praegrediatur et viam quasi alteri praemuniat. Quod ad enucleandum ea valent quae Aristoteles contra Platonem de virtutis definitione disputavit (Eth. Nic. VI, 13). Nam quum Plato virtutes tam arcte cum accurata rerum cognitione coniunctas esse dixisset, ut virtus esset vera et congruens rei notio, alterum quidem Aristoteles concessit sine vera cognitione virtutem moralem esse non posse, alterum negavit honestatem nihil esse nisi iustam rei notionem. Prudentia enim regit illa quidem singulas actiones et praescribit quomodo eae bene et secundum honestatis praecepta instituantur; quoniam autem ob singula quaedam quae quis fecerit eum nec probum nec secleratum nominare licet, aliud quid accedere debet quod animum humanum ita conformet, ut ex singulis actionibus firmus quidam et perpetuus status oriatur, qui eum a virtutis praeceptis deflectere et aberrare non sinat (Eth. I. c. p. 1144. A. 13). Et haec est causa cur Aristoteles virtutes et vitia *ἕξεις* nominaverit, quare ad hunc firmum statum significandum verbo *διακείσθαι* utitur (Eth. Nic. II, 4). Hoc autem tertium quod ad nativam indolem et prudentiam accedere debet, ut homines ad virtutem erudiantur eamque assidua virium contentione sectentur, est *usus et exercitatio* (*τὸ ἔθος*). Quae res quum per se satis dilucida esse videatur, hoc loco demonstrasse sufficiat, quantam usui vim Aristoteles tribuerit. Quod quum in univ-ersum ex eo iam appareat, quod ad honestos nos reddendos illum omnino necessarium esse Aristoteles ait,<sup>16)</sup> tum singulis locis idem et maximam consuetudini vim addicit, ita ut altera quasi natura fiat,<sup>17)</sup> et usum cum morali hominum habitu arctissime coniunctum esse iudicat.<sup>18)</sup> Quare ut difficultatem supra significatam solvamus, prudentia quum per se ipsa bona sit nec quidquam nisi bonum consecetur, homines quos ad iusta consilia capienda dirigit et informat hac ipsa informatione boni quodam sensu et amore imbuit, quod si saepius fit,

<sup>14)</sup> Eth. Nic. VI, 13 „ὁ γὰρ μόνον ἢ κατὰ τὸν ὀρθὸν λόγον, ἀλλ' ἢ μετὰ τοῦ ὀρθοῦ λόγου ἕξις ἀρετῆς ἐστίν. ὀρθὸς δὲ λόγος περὶ τῶν τοιούτων ἢ φρόνησις ἐστίν.“ Huc pertinent quae Aristoteles ad εὐβουλίαν explicandam attulit Eth. Nic. VI, 10.

<sup>15)</sup> Eth. Nic. VI, 13 „ἀδύνατον φρόνημον εἶναι μὴ ὄντα ἀγαθόν,“ et paullo post „οὐχ οἷόν τε ἀγαθὸν εἶναι κυρίως ἀνευ φροήσεως.“

<sup>16)</sup> Cf. Nemes. Emes. de nat. hom. p. 315 ed. Matth.

<sup>17)</sup> De memor. 2. p. 451 B. 13 et 28; Problem. XXVIII, 1.

<sup>18)</sup> Eth. Nic. II, 1; Problem. XXIX, 10 „ἐβίχεται οὖν χαίρειν ὀρθῶς καὶ λυπεῖσθαι.“

ita ut sensus ille boni initio quidem mobilis paullatim in firmum et stabilem honesti amorem commutetur, hoc prudentiae usu et exercitatione *virtus* in nobis procreatur. Et sicuti imaginatio eo quod appetitui imagines rerum appetendarum repraesentat haud exiguam habet vim ad eum regendum, ita eadem ex moribus quoque hominum quodammodo pendet iisque conformatur. Quamquam enim in nostro arbitrio positum est imagines quaslibet nobis revocare, tamen quo quis probior est eo meliores et honestiores quasi imagines ei existere solent,<sup>19)</sup> quare si ipsi virtutis nostrae aut improbitatis auctores sumus, etiam imaginationis efficacia a nobis regitur.<sup>20)</sup>

Itaque ut paucis quae Aristoteles hac de re senserit comprehendam, *voluntas*, cui *consilium* et *deliberatio* tamquam inhaerentes partes subditae sunt, agendi finem circumspicit et eligit, quo in eligendo quum aut falsa quadam specie decipi aut cupiditatum impetu de recto detorqueri possit, adiuvere eum et conformare debent tum *prudentia*, quae in quaque re id quod vere bonum est aperit et declarat, tum *exercitatio* quae nascentem boni amorem confirmat et corroborat. Nobismet ipsis autem licere ex arbitrio nostro aut honestatem aut turpitudinem eligere, quam sequamur et ad quam vitam nostram dirigamus, ex iis quae de voluntario utpote necessario consilii ac voluntatis fundamento disputata sunt satis perspicue apparet. Licet enim appetitus si in cupiditatem vertitur ad multa nos impellat nefaria, tamen concessum nobis est, ut ad prudentiam quae quidem ex mente et intelligentia proficiscitur ascendamus; qua prudentia muniti et de singulis rebus recta consilia capimus et omnino bonum et honestum finem nobis proponimus, unde singula quae nobis facienda sunt causas suas et fundamenta repetunt. Quare quum et voluntatem nostram bonam reddere et iusta consilia inire nobis liceat, penes nos est utrum honestatem an improbitatem ducem sequamur,<sup>21)</sup> et salva stat atque incolumis humani animi libertas.

<sup>19)</sup> Eth. Nic. I, 13 „Βελτίον γίνεταί τὰ φαντάσματα τῶν ἐπιεικῶν ἢ τῶν τυχεύων.“ Problem. XXX, 14 p. 957 A. 23.

<sup>20)</sup> Eth. Nic. III, 7 „εἰ μὲν οὖν ἕκαστος ἑαυτῷ τῆς ἐξουσίας ἐστὶ πως αἴτιος, καὶ τῆς φαντασίας ἔσται πως αὐτὸς αἴτιος.“

<sup>21)</sup> Eth. Nic. III, 7 „ἐφ' ἡμῶν ἄρα τὸ ἐπιεικέσι καὶ φαύλοις εἶναι,“ et in fine huius capituli „εἰ οὖν ἐκούσιοι εἰσιν αἱ ἀρεταί (καὶ γὰρ τῶν ἐξουσιῶν συναίτιοι πως αὐτοὶ ἔσμεν, καὶ τῶ ποιῶν τινες εἶναι τὸ τέλος τοιόνδε τίθεμεθα), καὶ αἱ κακίαι ἐκούσιοι ἂν εἴεν.“ Nequitiam ex consilio proficisci Arist. ait Rhet. I, 13 p. 1374 A. 11.



ita ut sensus ille boni initio quidem mobilis, postquam in firmum et stabilem  
 honesti amoris committitur, hoc pruden-  
 tia procreat. Et si non inassequitur eo quod appetitui imaginis terribis appe-  
 tendarum respiciatur, hanc exigentiam habet, vim ad eam referendam, in eadem ex  
 motibus quoque hominum quodammodo hinc inde commutat. Quamquam  
 enim in nostro arbitrio positum est imaginem, quaslibet nobis revocare, tamen  
 quo quis propior est eo meliores et honoratioribus quasi imaginibus ei existere so-  
 lent. Quare si ipsi virtutis honestas non impudenter, quocumque animo, etiam  
 imaginatiois efficacia a nobis regitur. (2)

Itaque ut patris quae Aristoteles hinc de se sensu comprehendendam, eodem  
 lae, cui consilium et delectatio tandem subiacentibus partibus subditae sunt,  
 argenti finem circumspicit et illis, quo in eligendo parum est, hanc quam spe-  
 cte recipi aut capulatum imperit de recto detestari possit, adhibere eam et  
 conformare debent tam praevalentia, quae in opere re si quod vere bonum est  
 aperit et declarat, tam exercitio quae abscedit boni amoris confirmat et  
 corroborat. Quoniam ista autem hanc ex adiutorio nostro aut honestam  
 aut tranquillam eligere, quam sequamur et ad quam vitam nostram dirigimus,  
 ex his quae de voluntario impote necessario consilii ac voluntatis fundamento  
 disputant sunt satis perspicuae apparet. Licet enim appetitus in cupiditatem  
 vertitur ad multa nos impellit natura, tamen consensus nobis est, ut ad pri-  
 vationem quae dicitur ex mente et intelligentia prohibetur extendamus; quae  
 prudentia mundi et de singulis rebus recta consilia capiamus et omnino bonum  
 et honestum hanc nobis proponimus, unde singula parte nobis factenda sunt  
 causas suas et fundamenta referunt. Quare quam et voluntatem nostram bo-  
 nam reddere et in ista consilia trahere licet, pens non est utrum honesta-  
 tem an inprobamorem ducimur sequamur, et saluta atque incolumis humani  
 animi libertas.

1) Eiusdem in I. 13. de virtute et fortitudine per istam et per istam, Problem. XXX.  
 14 p. 271 A. 22.  
 2) Eiusdem in III. 7. de virtute et fortitudine per istam et per istam, Problem. XXX.  
 14 p. 271 A. 22.  
 3) Eiusdem in III. 7. de virtute et fortitudine per istam et per istam, Problem. XXX.  
 14 p. 271 A. 22.

Itaque ut patris quae Aristoteles hinc de se sensu comprehendendam, eodem  
 lae, cui consilium et delectatio tandem subiacentibus partibus subditae sunt,  
 argenti finem circumspicit et illis, quo in eligendo parum est, hanc quam spe-  
 cte recipi aut capulatum imperit de recto detestari possit, adhibere eam et  
 conformare debent tam praevalentia, quae in opere re si quod vere bonum est  
 aperit et declarat, tam exercitio quae abscedit boni amoris confirmat et  
 corroborat. Quoniam ista autem hanc ex adiutorio nostro aut honestam  
 aut tranquillam eligere, quam sequamur et ad quam vitam nostram dirigimus,  
 ex his quae de voluntario impote necessario consilii ac voluntatis fundamento  
 disputant sunt satis perspicuae apparet. Licet enim appetitus in cupiditatem  
 vertitur ad multa nos impellit natura, tamen consensus nobis est, ut ad pri-  
 vationem quae dicitur ex mente et intelligentia prohibetur extendamus; quae  
 prudentia mundi et de singulis rebus recta consilia capiamus et omnino bonum  
 et honestum hanc nobis proponimus, unde singula parte nobis factenda sunt  
 causas suas et fundamenta referunt. Quare quam et voluntatem nostram bo-  
 nam reddere et in ista consilia trahere licet, pens non est utrum honesta-  
 tem an inprobamorem ducimur sequamur, et saluta atque incolumis humani  
 animi libertas.

# Jahresbericht

von Ostern 1846 bis Ostern 1847.

## I. Allgemeine Lehrverfassung.

### 1. Prima.

Classenordinarius: Professor Prorector Dr. Heffter.

#### A. Sprachen.

- 1) **Latein**, 9 Stunden: Cicero de oratore I. III. und Bruchstücke aus I. II.; Tacit. Annal. I. u. II. 3 St.; Aufsätze, Exercitien, Extemporalien und Disputirübungen, 3 St. Corrector Dr. Schrader; Horat. odar. I. II. und Auswahl der Briefe, 2 St. und 1 St. Hor. ars poet. Director.
- 2) **Griechisch**, 6 St.: Homer. Ilias I. — X., 2 St., Dir. — Sophocl. Antigona u. Ajax, 2 St., Dir. — Platon. Cratylus, Apologia Socratis, Crito, 2 St., Prorector.
- 3) **Deutsch** 2 St.: Literaturgeschichte, meistens nach Pischon, und Anleitung zu schriftlichen Aufsätzen und Correctur derselben. Prorector.
- 4) **Hebräisch**, 2 St.: Grammatik nach Gesenius, Lectüre ausgewählter Stücke aus dessen Lesebuche u. Psalm 43 — 60. Subrector Ramdohr.
- 5) **Französisch**, 2 St.: Les fils d'Edouard von Casimir Delavigne, Schluß und Misanthropie von Molière, verbunden mit Übungen im Sprechen. Wöchentlich 1 St. grammatisch-stylistische Übungen. Collaborator Döhler.

#### B. Wissenschaften.

- 1) **Religionslehre**, (combinirt mit Secunda) 2 St.: Einleitung in d. A. u. N. L. und Symbolik nach Marheineke. Dir.
- 2) **Geschichte und Geographie**, 3 St.: im Sommersemester: Geschichte der neuern Zeit; im Winter: der erste Theil der Geschichte des Mittelalters, nach Schmidt's Grundriß. — Geographie der wichtigsten europäischen Länder. Subrector Ramdohr.

**3) Mathematik**, 4 St.: Trigonometrie. — Anwendung der Lehre des Punktes der mittlern Entfernung auf die Geometrie. Mathem. Schönemann.

**4) Physik**, 2 St. (combinirt mit Secunda): Statik und Mechanik, Hydrostatik und Hydraulik. Mathem. Schönemann.

## 2. Secunda.

Classenordinarius: Corrector Dr. Schrader.

### A. Sprachen.

**1) Latein**, 10 St.: Virg. Aen. lib. IV. — VI., Eclog. I. u. III., 2 St. Schrader; Ciceron. orat. pro Milone, pro Deiot. u. in Catil., 3 St., Derselbe; Liv. lib. XXI. XXII. 1—40, 2 St., Cand. Steudener, seit Neujahr Dir.; Correctur der wöchentlichen Extemporalien, Scripta und metrischen Uebungen, 3 St., Schrader.

**2) Griechisch**, 6 St.: Hom. Odyss. lib. XXIII. u. XXIV. I—V incl., 2 St., Dr. Fischer, in der letzten Zeit Dir.; Xenoph. memor. lib. IV. u. II., Lucian. Somnium u. Timon, Plutarch. Timoleon, 3 St., Schrader; Extemporalien, 1 St., Derselbe.

**3) Deutsch**, 2 St.: Stylistik und Poetik. — Praktische Anleitung zu Aufsätzen; Correctur derselben. Prof. Hefster.

**4) Hebräisch**, 2 St.: Grammatik und Lectüre des Lesebuchs von Gesenius. Ders.

**5) Französisch**, 2 St.: Lectüre des 2. Theils des Napoléon von Al. Dumas, 1 St.; Grammat.-stylist. Uebungen. Grammat. nach Borel, 1 St., Collab. Döhler.

### B. Wissenschaften.

**1) Religionslehre**, 2 St., combinirt mit Prima, Director.

**2) Geschichte**, 2 St.: im Sommer: Griechische Geschichte von 431 bis 323; Römische Gesch. bis 510 v. Chr. nach Schmidt's Grundriß der alten Gesch., Dr. Fischer; im Winter: Römische Gesch. bis auf Cäsars Dictatur. Schrader.

**3) Mathematik**, 4 St.: im Sommer: Lehre von den Potenzen und Logarithmen, nebst den Gleichungen des ersten und zweiten Grades; im Winter: die Congruenzen des ersten Grades und die einfachsten Sätze der Zahlentheorie 2 St.; geometrische Uebungen, 2 St. Mathem. Schönemann.

**4) Physik**, 2 St., combinirt mit Prima.

## 3. Tertia.

Classenordinarius: Subrector Ramdohr.

### A. Sprachen.

**1) Latein**, 9 St.: Ovid. Metam. lib. III. u. IV. mit Auswahl, 2 St. Subrector Ramdohr; Caesar de b. g. lib. I. — III. mit besonderer Berücksichtigung der



Phraseologie, 3 St.; Gramm. nach Zumpt, Repetition des Cursus von Quarta, sodann Lehre von den temp. u. modis bis zur Syntaxis ornata, meist in sprachvergleichender Weise, verbunden mit fortlaufenden schriftlichen Uebungen aus der Anleitung zum Uebersetzen etc. v. August. Wöchentlich ein Exercitium, daneben Extemporalien und metrische Uebungen. Privatim lasen die Schüler und commentirten schriftlich Caes. de bell. g. lib. VI., 4 St., Döhler.

2) **Griechisch**, 6 St.: Homer. Odys. lib. I. die zweite Hälfte und lib. II zum größern Theil, 2 St.; Jacobs Elementarbuch 2. Cursus pag. 83 — 110, 2 St.; daneben Privatlectüre der oberen Schüler; Grammatik nach Buttman bis zum Ende der Formenlehre, verbunden mit Extemporalien, 2 St., Dr. Fischer.

3) **Deutsch**, 2 St.: Lectüre, Erklärung und Erlernung von Gedichten aus Scher-  
meyer, Uebungen im mündlichen freien Vortrage und Aufsätze. Subrector Ramdohr.

4) **Französisch**, 2 St.: Lectüre des *Télémaque* livre XII., XIII., XV.; Gram-  
matik nach Hirzel. Artikel, Subst., Adj., Zahlw., Pronomina nach der Repetition der unregelmäßigen Verba; dazu Exercitien. Döhler. Mit den vom Griechischen dispensirten Schülern Lectüre des *Avare* von Molière, Memorirübungen nach Coursier's Handbuch der Conversationsprache und Uebungen im kaufmännischen Briefstyl. Döhler.

Die vom Griechischen dispensirten Schüler erhielten besondern Unterricht: a) Deutsch, 2 St., Conrector Dr. Schrader; b) Geographie, 2 St., Subrector Ramdohr; c) Französisch, 2 St., Collab. Döhler.

## B. Wissenschaften.

1) **Religionslehre**, 2 St., mit Quarta combinirt: nach Luther's Katechismus und Lehrbuch von Herzer und König. Einl. I. II. Art. Director.

2) **Geschichte u. Geographie**, 3 St.: im Sommer: Neuere Geschichte nach Böttiger und Geographie der wichtigsten europäischen Länder außer Deutschland; im Winter: Geschichte des Alterthums und Geographie der wichtigsten Länder der alten Welt. Subrector Ramdohr.

3) **Mathematik**, 4 St.: im Sommer: Geometrie, 3 St.; Algebraische Uebungen 1 St.; im Winter: Arithmetik und Algebra, 3 St.; Geometrische Uebungen, 1 St., Mathem. Schönemann.

4) **Physik**, 2 St.: Im Sommer: Physische Geographie; im Winter die Grund-  
lehren der Statik und Dynamik. Mathem. Schönemann.

## C. Technische Fertigkeiten.

**Zeichnen**, 2 St.: Freies Handzeichnen nach Vorlegeblättern. Musikdirector Täglichbeck.

**4. Quarta.**

Classenordinarius: Collaborator I. Dr. Fischer.

**A. Sprachen.**

1) **Latein**, 10 St.: Cornel. Nep., im Sommer: Pelop., Ages., Timol., de regg. (die Oberen privatim Phoc., Cato); im Winter: Hannib., Milt., Themist. (priv. Hamilc., Arist., Paus.), 3 St.; Syntax der Casus mit locis memor. nach Zumpt, 2 St.; Extemporalien, 2 St., Dr. Fischer; Lectüre aus Jacobs 2 St.; Uebersetzen ins Lateinische nach D. Schulz's Aufgaben, 1 St., Subrector Ramdohr.

2) **Griechisch**, 4 St.: Formenlehre nach Buttman bis zum regelm. Verbum incl.; Uebersetzen aus Jacobs Elementarbuch I. Cursus, u. fl. Extemporalien. Dr. Fischer.

3) **Deutsch**, 2 St.: Grammat. Uebungen, Aufsätze u. Declamiren. Dr. Fischer.

4) **Französisch**, 2 St.: Lectüre der Fabeln in Müller's franz. Lesebuche. (Das Gelesene wurde auswendig gelernt.) In der Grammatik die sogen. Declinationen, das Wichtigste von adject. u. pronom., die Zahlwörter und Verba, incl. der unregelm., daneben Exercitien aus Fränkel's Stufenleiter. Collabor. Döhler.

Die vom griechischen Unterricht dispensirten Schüler hatten statt desselben: a) Deutsch, 2 St., bei Candidat Steudener, zuletzt bei Dr. Fischer; b) Französisch, 2 St., Lectüre des Bourgmestre de Sardam, Memorirübungen nach Ise's kleinem Franzosen u. Exercitien aus Fränkel, im Sommer: Collab. Döhler; im Winter: Subr. Ramdohr.

**B. Wissenschaften.**

1) **Religion**, 2 St.: mit Tertia combinirt.

2) **Geschichte u. Geographie**, 2 St.: Im Sommer: von Deutschland, nach Böttiger; im Winter: vom brandenb.-preussischen Staate nach Litzinger. Subr. Ramdohr.

3) **Mathematik**, 5 St.: im Rechnen die einfachen und zusammengesetzten Proportionen und Ausarbeitung der einfachsten Lehren der Arithmetik, 3 St.; in der Geometrie die ersten Elemente der Planimetrie, mit Ausführung einfacher Constructionen, 2 St., Mathem. Schönemann.

**C. Technische Fertigkeiten.**

1) **Zeichnen**, 2 St., mit Tertia combinirt.

2) **Schreiben**, 1 St.: Nach Vorlegeblättern. Subrector Ramdohr.

**5. Quinta.**

Classenordinarius: Musikdirector Täglichsbeck.

**A. Sprachen.**

1) **Latein**, 9 St.: Uebersetzen aus Jacobs Elementarbuch III. IV. 42—60 und V. lib. I. II., 3 St.; Einübung der regelmäßigen und unregelmäßigen Formenlehre nach

D. Schulz Grammatik S. 1. — 64. und der nöthigsten Regeln der Syntax nach D. Schulz Aufgaben S. 1. — 20., schriftlich u. mündlich, 4 St.; wöchentlich ein Extemporale u. ein Exercitium mit genauer Correctur u. Besprechung derselben, 1 St., Musikdirector Täglichsbeck. Lectüre ausgewählter Stücke aus Jacobs Elementarbuch IV. Bis Weihnachten Candidat Steudener.

2) **Deutsch**, 4 St.: Sprachunterricht über die einfachen und zusammengesetzten Sätze nach Krause Th. 3. u. 4. nebst orthographischen Uebungen, 3 St.; Declamiren nach Asmis, 1 St.; wöchentliche Correctur einer orthographischen Aufgabe und mitunter einer freien Arbeit. Musikdirector Täglichsbeck.

3) **Französisch**, 2 St.: Anfangsgründe nach Seidenstücker's franz. Elementarbuch; Einübung der 4 regelmäßigen Conjugationen u. des Passiv's. Prof. Hefster.

#### B. Wissenschaften.

1) **Religionslehre**, 2 St.: Lectüre des N. Testaments; Auswendiglernen des Katechismus u. biblischer Sprüche nach dem Lehrbüchlein von Herzer und König. Prof. Hefster.

2) **Geschichte**, 1 St.: Mittlere und neuere Geschichte. Prof. Hefster.

3) **Geographie**, 2 St.: Europa u. die außereuropäischen Länder. Prof. Hefster.

4) **Rechnen**, 4 St.: Die Brüche und Rechnungen mit benannten Zahlen. Musikdirector Täglichsbeck.

5) **Naturgeschichte**, 2 St.: Nach v. Schuberts Lehrbuch. Prof. Hefster.

#### C. Technische Fertigkeiten.

1) **Freies Handzeichnen**, 1 St.: Im Sommer Musikdir. Täglichsbeck; im Winter: Collab. Döhler.

2) **Schönschreiben**, 1 St.: Nach Mädlers Vorlegeblätter. Musikd. Täglichsbeck.

#### E. Sexta.

Classenordinarius: Collaborator III. Dehmel.

#### A. Sprachen.

1) **Latein**, 9 St.: Einübung der Formenlehre bis zu den regelmäßigen Conjugationen incl. nach D. Schulz Grammatik; Uebungen im Uebersetzen aus dem Deutschen ins Lateinische nach desselben Uebungsaufgaben I. — IX., und aus dem Lateinischen in das Deutsche aus desselben Tirocinium 1 — 87.; wöchentlich ein Exercitium und ein Extemporale zur Einübung der durchgenommenen Regeln. Collab. III. Dehmel.

2) **Deutsch**, 4 St.: Lehre vom einfachen Satz u. einiges über den zusammengesetzten Satz mit mündlichen und schriftlichen Uebungen nach Krause I. u. II. Abthlg., 2 St.; Orthographie, 1 St.; Declamiren und Lesen, 1 St., Collab. III. Dehmel.

3) **Französisch**, 2 St.: Uebungen im Lesen, die Declinationen, die Hülfzeitwörter nach Seidenstücker's Elementarbuch I. Collab. III. Dehmel.



B. Wissenschaften.

1) **Religionslehre**, 2 St., combinirt mit Sexta b.: Bibl. Gesch. A. u. N. Testaments nach Küster; Auswendiglernen von Liedern u. Bibelversen. Collab. III. Dehmel.

2) **Geschichte und Geographie**, 3 St., combin. mit Sexta b.: Die wichtigsten Völker und Begebenheiten aus der allgemeinen Weltgeschichte u. das Wichtigste aus der allgem. Geographie; Europa und Deutschland specieller. Prof. Dr. Hefster.

3) **Rechnen**, 3 St.: Numeriren, die 4 Species in unbenannten Zahlen, Resolviren und Reduciren; Kopfrechnen. Collab. II. Döhler.

4) **Naturgeschichte**, 2 St., comb. mit Sexta b.: Im Sommer-Sem.: Pflanzenkunde; im Winter-Sem.: Zoologie nach v. Schuberts Lehrbuch. Collab. III. Dehmel.

C. Technische Fertigkeiten.

1) **Schönschreiben**, 3 St., comb. mit Sexta b.: Collab. II. Döhler.

2) **Zeichnen**, 2 St., comb. mit Sexta b.: Collab. III. Dehmel.

I. Sexta b.

A. Sprachen.

1) **Latin**, 3 St.: Formenlehre nach D. Schulz Tirocinium 1—20; bis Neujahr Candidat Steudener, von da an Collab. III. Dehmel.

2) **Deutsch**, 6 St.: Uebungen im Lesen, Auswendiglernen H. Gedichte und Erzählungen, 2 St., Corrector Dr. Schrader; Bildung leichter Sätze und Orthographie, 4 St., bis Neujahr Cand. Steudener, von da an Dr. Fischer u. Coll. III. Dehmel.

B. Wissenschaften.

**Rechnen**, 3 St.: Numeriren, die 4 Species mit unbenannten Zahlen, verbunden mit Uebungen im Kopfrechnen. Collab. III. Dehmel.

Der Gesangsunterricht wurde vom Musikdirector Täglichsbeck wöchentlich in 4 Stunden ertheilt:

1. Abtheilung: Vierstimmiger Gesang in gemischtem und Männerchor.

2. Abtheilung: Zweistimmiger Gesang.

3. Abtheilung: Einstimmiger Gesang.

Die erwachsenen Schüler der ersten Abtheilung, welche sich durch Lust u. Liebe zum Gesang besonders hervorthaten, wurden außerdem noch zu den Uebungen des vom Musikdirector Täglichsbeck geleiteten Gesangsvereins gezogen.

Auch in diesem Jahre wurde der ersten Gesangsabtheilung Gelegenheit gegeben, durch regelmäßig sonntägliche Ausführung der liturgischen Gesänge im Hauptgottesdienst der St. Catharinenkirche sich im öffentlichen Chor- und Sologefang zu üben, und die dazugehörigen Scholaren, vornehmlich der 3 obern Klassen, haben diesen von ihnen freiwillig übernommenen Dienst zur würdigen Feier des öffentlichen Gottesdienstes mit anerkennenswerther Ausdauer geleistet.

## II. Verordnungen der hohen Königl. Behörden.

Circular-Verfügung des Königl. Schul-Collegiums  
vom 4. Mai 1846.

Die Zahl derjenigen jungen Leute des Inlandes, welche auf ausländischen Lehranstalten oder privatim unterrichtet worden sind, und zu ihrer Bewerbung um Anstellung im Post-, Steuerfach und andern Zweigen des öffentlichen Dienstes eines von einer diesseitigen Schulanstalt ausgestellten Zeugnisses bedürfen, hat sich erfahrungsmäßig in neuerer Zeit sehr gemehrt. Die Directoren der Gymnasien, welche bisher nur zur Ausstellung solcher Zeugnisse für Feldmesser ausdrücklich verpflichtet waren, haben sich zwar bisher auch der Prüfung anderer, die sich über den Grad ihrer Schulbildung ausweisen wollten, unterzogen; es ist jedoch dabei von ihnen nicht nach gleichen Grundsätzen verfahren worden.

Damit die Prüfung für die Zukunft nach einer festen Regel und dem Zwecke angemessen abgehalten werde, hat des Herrn Geheimen Staats-Ministers Eichhorn Excellenz im Einverständniß mit denjenigen königlichen Ministerien, deren Ressort bei dieser Angelegenheit betheiltigt ist, Folgendes bestimmt:

- 1) Zur Prüfung derjenigen Inländer, welche entweder auf auswärtigen Lehranstalten oder privatim ihren Unterricht empfangen haben und Behufs der Bewerbung um Anstellung im öffentlichen Dienste, für welchen die Beibringung eines Maturitätszeugnisses nicht erforderlich ist, des Zeugnisses einer diesseitigen höhern Lehranstalt bedürfen, ist bei jedem Gymnasium, resp. bei jeder zu Entlassungs-Prüfungen berechtigten höhern Bürger- und Realschule eine besondere Prüfungs-Commission anzuordnen.
